



EX LIBRIS
KONOPKA
NOWINA
MODLNICA
Nº
SZAFA. 2
PÓŁKA. 2

Prologuium.

Publica hodie lex urbanitatis eã imponit Oratori necessitatem ut de quapiam re dicturus, præter scholasticæ artis adminicula, primã Civilis eloquentiæ habeat et sectet rationẽ. Promptũ id colligere è cœtibus palam et privatim cogi solitis, in quibus raro ullus unquã sermo personat, qui prius nõ fuerit compositus iuxta regulas disciplinæ politioris, nec eã alius modo dicendi characterissimam æstimat, nisi cui pretium accedit è Latio, quidẽ magna ex parte petitũ, sed longè maiori, idem ipsũ adauctũ ex opulento elegantioris humanitatis Gazophylacio. Nil ambigo quẽ pretiosũ melioris huius facundiæ stylũ à vobis quoq̃ probari, coli et ambiri eloquentiæ candidati, prout nec illud me latet, mearũ virium esse partium quatenus in hoc negotio facilius tractando, me vobis ducẽ exhibeã et Auctorem. Et ego quidem pro viriũ modulo utriusq̃ Provinciæ hoc Anno sustinebo, vestrum vero intererit, ita institutiones Suadæ Scholastico Civilis [illegible] adornatas calamo excipere, ut easdem perfrequens, et sedulũ exercitiũ nitore pulcherrimo studeatis conservare. Præsto aderit ope suâ conatui et diligentiæ DEUS Optimus eiusq̃ Parens pretiosissima, quorũ honori perennaturo, nobilissimam esse volo sacrã totã Suadã præsente Scholastico civilem. Quæ in 2. partes divisa in una de primis principiis et partibus Rhetorices, in altera de Orationibus in Particulari suggeret institutiones.

Pars prima.

Suadæ Scholastico Civilis.

Constabit hæc Pars 4. institutionibus, in sectiones et [illegible]

Prima institutio, prima principia Rhetoricae explicabit. Secunda inventionē ex locis dialecticis eruet. 3. dispositionē, iuxta modos argumentandi ordinabit. 4ta. elocutione terminabitur.

Institutio prima.

Prima principia Rhetoricae explicat.

Nomine primorū principiorū Rhetoricae veniunt sequentia. Primo notitia Commaticae, Membraticae et Periodicae Locutionis. Secundo modi quibus verba candidato eloquentiae suppeditari possunt. Tertio modi per quos rudis et popularis sermo, in cultiorem stylū potest migrare.

Sectio Prima.

De Commate, Membro et Periodo.

§. Primus de Comate.

Quaeres 1mo quidem comma quo ad Nomen. R. ē idem qd Articulus, incisio Caesum.
Quaeres 2do quid ē Comma quo ad rē. R. ē pars orationis brevissima sensū exhibens aliquē vel nō exhibens. Dicit. 1mo pars Orationis brevissima tū: quia potē constare uno verbo ut facni cogi velis. iā quia extendit in suo ad 10 Syll. Dicit 2do sensū aliquē exhibens v nō exhibens. quia aliud ē cū Sensu pfecto, ut nosce te ipsum, aliud cū sensu imperfecto, ut: ubi pudor ibi et timor.
Quaeres 3tio. quid ē comma tice v Incisim dicere? R. ē frequentibus incisis sermonem complere, ut: vita hominū fluxa, caduca, volucris, fugax, et in mortē praeceps.
Quaeres 4. qui ē usus Commaticae dictionis? R. utit Orator eleganter 1mo Caesim narrando, ut: mature venerunt, discumbit, fit inter eos sermo, et invitatio, et Graeco more bibit. Coe. in verr. 2do Caesim exhortando, ut: amemus Patriā pareamus Senatui, pareamus bonis, praesentes fructus negligamus, posteritati, et gloriae serviamus. Cic. ad 6t: 3. Caesim exponendo, commoda incommoda virtutes, vitia. etc rei. licuius, ut hac

studia Adolescentiam alunt, senectutem oblectant. Secundis res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Cic. part. Poeta. 4. Optimi adversarios exagitando, ut: quaero Vatini utrum tandem putes huic Civitati, huic rei Pub: huic Urbi, his templis, aerario, curiam viris his, quos vides, 5. unde ornatus, commaticae Dictioni petendus. R. a Fig: vibrantibus, quales sunt Rep: Dissol: Polysynd: Interrog: Apostroph: Exclam: etc.

2dum. De Membro.

Quaeres 1mo quid est Membrum, seu Colon Graece est pars Orationis verbis absoluta sensum aliquem exhibens. Dicitur pars orationis verbis absoluta, quia Membrum pluribus constat verbis, quam Incisum, nam non descendit ultra 10 Syll: extendit dutem ad 20.

Quaeres 2do quotuplex est Membrum. R. multiplex. 1mo aliud est breve quod est 10, aut 12. Syll: 2do aliud medium quod est Syll. 18. aut 20. 3. aliud maximum, aliter vocatur Schinetones, aut Membrum Pneumaticum, quod certam mensuram non habet, sed extendit, quasi in modum longi funis. Hoc postremum Membrum fit 2. modis, 1mo. permixtione inter se plurium Membrorum per Fig: Hyp: ut: te Virorum optime, in quo Colendo nullum unquam studii et observantiae genus praetermittere singulare benevolentiam in perpetuum complectar. 2do fit cum Membrum unicum plura Commata complectitur, ut: certe in armis Militum virtus Locorum opportunitas, auxilia Sociorum, classes commeatus multum iuvant, Cic. pro Marc. Marc. 4 aliud Membrum completum, quod extra Periodum cum Sensu perfecto collocatur, ut: magna pars est profectionis velle proficere. 5. aliud Membrum incompletum, quod Periodum tanquam pars cum alio Membro componit, ut: illud non dubito ignorare vitae praesentis miserias. est Membrum incompletum complebit eius Sensus si Membrum sequens addatur, qui extra consortia mortalium positus beatam vivit aeternitatem 6to aliud Simplex quod nullo commate, aut alio Membro permiscetur, ut: honor artes honore nutriuntur. 7o. Aliud Compositum quod Commatibus constat, exempla uti de Schinetone.

Quaeres 3. quid est Membrati dicere. R. est orationem proferre singulis velut haerentem Membris donec plenius absoluto, sensu subsistat. Ita Pater Pomey, qui Membraticae dictionis sequens dat Exemplum hunc. Principem natura finxit ad Regnum; virtus ad pietatem erudivit, Fortuna formavit ad solium, et dignitas instruxit ad Sceptrum.

Quæres 4. quis usus et Ornatus M:brorum. R. idem qui Commatum supra sub quæres 4. et 5. Complemento de M:bris.

Adverte illa M:bra claudi 2. punctis quæ habent sensum non dependentem à Sequentibus illa vero media nota claudunt, quorum sensus pendet à Sequentibus. Unde minor debet esse respiratio in media nota, maior vero in 2. punctis.

§ 3tius. De Periodo.

Quæres 1mo quid est Periodus quo ad Nomen. R. est vox Græca, Latine significat Circuitionem Circulum, ambitum, circumscriptionem, Comprehensionem Complexionem. à Medicis etiam dicitur Periodus ille febrium circuitus, qui stato die ad egrum redit milites quoque apud Græcos vincere dicebantur Periodo, qui in ludis olimpiacis Victores evadebant, atque ab hoc gemino circuitu Periodus Oratoria videtur Nomen tradisse, utpote quæ intra Protasim et Apodosim suum efficit Circulum.

Quæres 2do, quid est Periodus quo ad rem, R. Aristoteles definit esse Orationem cuius principium et finis in Conspectu est, et uno intuitu facile spectari potest.

Quæres 3. quæ necessario Periodum constituunt, R. Protasis et Apod: Porro Prot. est propositio sensum suspendens ulteriorem sive antecedens Periodi petens illationem. Apod: est Redditio consequens quæ sensum complet et perficit Periodum hæc indicant in definitione Periodi in quæres, 2do: per Principium et fine, nam Protasis principium, Apodosis finis est Periodi.

Quæres 4. quotuplex Periodus est. R. 1mo spectetur numerus M:brorum 4druplex est 1mo Monocolos, seu Unimbris quæ constat uno M:bro cum flexu quodam circa finem. Unde licet talis Periodus M:bro maiorum fit flexu tamen ab hoc discernitur. Ut si dicas apud Imperatorem magna pollet gratia, M:brum erit sic ita, magna pollet apud Imperatorem gratia, Periodus est quia gratia. per Incisum separata, ad principium magna pollet refertur sic Pater Masenius. Sed hæc differentia inquit Pater Jaumier non est curanda magnopere. 2do. Dicolos. seu Bimbris uno M:bro Protasim altero Apodosim complectens. 3. Tricolos. seu Trimbris, uno Protasim 2. ultimo po-

stremo habens Apodosim. 4. Tetracolos, seu Quadrimembris 2. o 3. Protasim 2 au uno postremo Apod: et hae 4. dicunt propriè Periodi. Circa quas nota 1mo Periodum propriè dictam non debere habere membra notabilis prolixitatis, neque requirunt omnia, sint tantae magnitudinis, quantam insumme ad Colon requirit, potè enim ex Membris Commat: Periodus componi. Nota 2do. Membrum in Periodo ibi finiri ubi videt absolui propositio, haec vero è quae habet verbum cum Nomine antecedenti tibi aliis et particulis eodem spectantib, unde tot membra Periodi habet quot Propositiones. Nota 3tio. quot Propositiones, tot membra Periodi ita nectenda sint, ut omnia simul perfectum Sensum exhibeant. Conjungunt autem vocibus, quae petunt aliquam redditionem ut sunt, quae petunt aliquam redditionem, hic, ille, iste, qui, tantum, toties, quoties, ita, ut, etc etc quae includunt aliquam Conditionem, ut est, si, postquam, cum quandoquidem, etc huc etiam optativi ac Conjunctivi Modi Verborum spectant, velle sibi attenderent cum hoc agant. etc. etc. Si longitudo membrorum expendatur tunc 1mo Dicolos Periodus alia è Isocolos in qua utrumque membrum fere è aequale numero Syll: nulla è enim tam tanis, tamque copia, quae non ferro debilitari frangique possit. Cic. pro Marc. C. alia è Anisos, in qua aliquot membrum è alio minus etsi fuerit breve. Primum posterius vero longius vocat Macrocolos ut: non ille deprecatione redijt, sed in dissensu Civium exercitu se armisque revocavit. Cic post redd: quod si 1mum longum comma, posteri breve sit erit Mijuros ut, sit igitur Judices, S. apud vos humanissimos homines, hoc Poetam Nomen, quod nullum unquam barbaria violavit. Cic pro Ar. Poeta. 2do. Tricolos Periodus alia è Isopleuros, idem omnia 3. membra fere aequalia habens ut: adde inscitiam, transi, poti, osci tardis Ducis quicum à tergo hostem interclusum reliquisset, nihil de ejus extremis comitibus cogitavit. Huic obponit Isoskelis, in qua 2. membra sunt aequalia, 3 inaequale ut: qui pie Deum colit, is non solum scelus omne detestatur, verum etiam virtutibus incumbit. N. 3. Si supra numerum et longitudinem Membrorum dictorum extendatur Oratoria dictio erit Periodus improprie, et haec è duplex: 1mo Schinotenes, idem membrum longum et extensum, in modum funis, ut habes supra Sangui: 2do. in quadres 2do, Pneumatica Periodus, haec constat membris prolixis, et Schinotenicis, et eousque pronuntiando extendit, quamdiu sine notabili respirio dicere potè. 6. Periodica

Circumductio e quidmodus dicendi similis Periodo habens Protasi et Appo sed neq ligatas, neq sufficienter longas, ut: castigaris tamē delinquis, ad bonum impelleris tamen malus es, 4. Pneuma, e Oratoria dictio multa cola et commata complectens, atq ad Spiritum usq Oratoris, et laterum sufficientia extensa, habet Protasim ~~et~~ longiorē quæ uocat Dijania, idē intentum et Appod. breuiorem quæ uocat Epilogus. 5. Thasis, e quæ dicentis spiritum defatigat et excedit, differturq â Pneumate solâ longitudine.

Quæres 5to quādo utendum Periodis ppriē dictis et quādo item utendum Periodis imppriis. R. 1mo Periodi ppriē dictarum usū esse ꝗ aptiē in Historia, ꝗ genere tam deliberatiuo quā Exornatiuo. R. 2do. Schirotere Period: circumductionē et Peri: Pneumaticam, usurpandum esse in rebꝰ magnis tum tristibꝰ quā lætis, et cum plures simul coaceruātur rationes, aut cum tacita obiectio sit diluenda R. 3tio. Pneum: et Thasi locum esse in Congerie, cum scilicet totum in suas partes distribuit, aut cum omes uirtutes, omnia crimina, omnia beneficia recensent.

Sectio 2da. De Modis quibus uerba Candidato eloquentiæ Suppeditari possunt.

Pater Caussinus tractans de Periodi amplificationē 5q modos suggerit, et emendat, Hi sunt 1mo. Definitio, 2do. partium Enumeratio, 3tio. Interpret: 4to. Congeries seu Incrementum. 5to. adiuncta, seu Circumstantiæ.

§. 1mus.

Non ago hic de illa Definitione ex qua, fit, ex loco Dialectico argumenta desumunt de tali enim in sequenti Instructiōe tractabo sed de illa tantum hic definitione nulla ꝗ libo, quæ subiectum Pdicatum Simplicis ꝑpositionis per suos effectus explicat. Porro Subiectum idē de quo aliquid dicit, Pdicatum idē id qd de alio dicit. Hoc 2do. Connectit uerbum aliquod uocaturq copula, seu nexus Pdicatum, simis itaq uti definitione ad Amplificationē, uide quid nam

efficiat Subiectum

v Prædicatum Simplicis propositionis et tales effectus collecti, suppeditabunt tibi verba ad Elocutionem fuse faciendam, ut: si velles hunc Simp: Sensum dilatare Deus punit et peccatores. 1mo expende Subiectum Deus per suos effectus quales sunt qd. Deus condiderit et moderetur universum, qd Sydera et Cœlos moveat, fulmina vibret, regat animos hominum, etc. 2do. Prædicatum quoque considera, Peccatores continent, puniet, interrogando quinam hominum dicantur peccatores, nimirum qui suam Dei potestatem contemnunt, leges ipsius violant, nefanda perpetrant, flagitia Dæmoni adhærent, etc atque ex his prodibit sequens,

Praxis Oratoria.

Aderit ac brevi aderit funestissimum illud tempus, quo Potentissimus universi Conditor, ac Moderator, exactissimus Syderum motor, formidabilis Vibrator fulminum animorum Sapient: Rector summæ suæ potestatis, Contemptores impios legum Sanctissimarum Violatores nefandos Patratores flagiciorum Sacrilegos dæmonis asseclas, ac Sectatores iustissime ad Barathrum, deturbabit, [illegible] omni spe hinc exeundi recepta, æternis cruciandos tormentis. Ex hac Praxi collige effectus subiecti v Prædicati expressos per verba esse efferendos (ut: hic vides) substantive. Alio modo subiectum v Prædicatum defingens, si alterutri illorum addideris nomina Substantiva Synonimica, significantia laudem v Vituperatione. Ut: si velles hunc Sensum dilatare. Lilium recreat aspicientes, aptis faceres, si voci lilium faceres adderes, hæc Substantiva quæ exhibet talis.

Praxis Oratoria.

vj. Flos ille terræ Ornamentum, Plantarum gloria, o Cœli [illegible], pratorum gemma, Sydus hortorum, naturæ corculum, mundi delicium, in sui contemplatione non modo oculos, sed etiam ipsos animos suavissime detinet occupatos.

Similiter illud Ciceronis pro Milone ubi hanc propositionem, vidimus curiam ardere pulcherrime amplificat, pro voce curia Substantiva plura subiiciendo, scilicet, templum Sanctitatis, amplitudinis mentis, Consilii publ: caput Urbis, aram Sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo pop: Rom: concessam uni ordini Inflammari,

Exscindi,

funestavi;

§ 2dus.

De amplificatione p Partium enumerationem.

Ut hic modus tibi verba suppeditet, expende diligenter, iquas partes possit dividi Subiectu, v Pdicatu Simp: ppositionis hac ratione Cicero huius ppositionis, omnes lugent Clodium. Subiectu omnes, amplificat deguo sit.

Praxis Oratoria Ciceronis.

Publij Clodij morte aequo animo nemo ferre pote. Luget Senatus, meret Equestris Ordo, tota Civitas confecta, senio e squallet mancipia, afflictant collonia agri deniq ipsi tam beneficium tam Salutare, tam mansuetum Cive desiderant.

Sic quoq hanc ppositione Vir omni virtute praeditus amplificavit Pater Pomeij Pdicatu omni virtute praeditus in particulares virtutes, tanquam in partes virtutis generali sumptae resolvendo. Ex illo sit altera.

Praxis Oratoria.

Eminet in hoc homine altitudo Animi i condonandis offensis, i liberali gratificandi voluntate, i detestandis avaritiae sordibus et malorum omnium Seminario Cupiditate, neglectisq ppris emolumentis et comodis totum se ad aliorum salutem Mag: excelsoq animo explicat. Cernitur in capescendis rebus arduis, magnitudo mentis, i rimandis negotiorum ujs quaestigandisq, quam aptissimis mira sagacitas, i gerendis aute cosilium, i psequendis summas inter difficultates ad extremum usq costantia nihil qe qdaut n alto quidem aggrediatur animo aut cautissimis cosilijs administret, aut strenuo labore pficiat vir plane interritus periculis, instructus malis invictus adversis calamitatibus inexpugnabilis, ad labores impiger, ad pericula fortis, ad cosilia prudens, ad casum fortunamq felix.

§. 3tius.

p. Interpretationem. De. Amplificatione.

Interpretatio hoc loco nihil aliud est quam cum id uno verbo dictum est, idem alijs verbis eiusdem significationis repetitur, coincidit cum fig: Syn: Cic: hac in parte praebet nobis exemplo duplici et alijs longe praestantissimo. Primo est cum hunc Simp: Sensum a uos Judices nescitis amplificat sic: a vero Judices uos soli ignoratis: uos hospites, in hac Urbe versamini, uestrae peregrinantur aures, neque in hoc peragabo Sermone Civitatis versantur. 2dum est. 2da Philipp. ubi hunc sensum tu ausus es sacram domum ingredi, pluribus verbis explicat, o audaciam imanem, tu ingredi illam domum ausus es tu illud Sanctissime intrare, tu illius Sacrum Dijs Penatibus os importunissimum ostendere, a tu illa vestibula rostra, spolia cum aspexisti, domum tuam te intrare putasti. Adverte, si vis hoc modo sensum breuem dilatare, debes curare magnum delectum dictionum.

§. 4tus.

De Amplificatione per Congeriem seu Incrementum.

Hic modus tunc candidato eloquentiae suppeditat verba quando aliquem sensum ille non tantum verbis, idem fere significantibus, verum etiam rebus in idem tendentibus eloquitur huius generis, apud Cic: innumerabilia pene sunt exempla unum hic sufficiat ex Oratione pro Ligarco in qua hunc sensum Tubero, quid voluisti, illo plio dilatat, sic. Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica agebat gladius, cuius latus ille mucro petebat, quis sensus erat armorum tuorum, quae tua mens, oculi, manus, ardor animi, quid cupiebas, quid optabas. Addo novum etiam exemplum ex Patre Kwiadkiewicz, qui in Phoenice Rhetorum hunc Simplic: Sensum res bona occultans, dilatat per Congeriem, quam indicat.

Praxis. Oratoria.

Latent plerumque in adversis solatia et nubes Solem tegunt, Mel latet in putamine Rosa sub Spinis, Sub cortice lignum inutili Concha leguntur Margarita, in motium venis aurum tegitur, iter Schite viget illustris animus, Marini fructus naves hauriunt sed inde fudunt Uniones, Congeriei affinis est conglobatio, sed haec est longior, fitque collectione adiunctorum, speciatim, definitionum, causarum, et effectuum, etc.

§. 5tus.

De Amplificatione per Adiuncta vel Circumstantias.

Antequam indicem modum amplificationis communiter uberrimum ex hoc Loco nonnulla breviter adnoto. Primo Circumstantias illo versiculo continent.

Quis. Quid. Ubi, Quibus auxiliis, Cur. Quomodo. Quando.

2do. harum singularium talis est interpretatio.

Quis. Significat personam, et quidquid Nomine personae aut pro ipsa persona poterit poni; Sic Personae Rex, Princeps, Dux, Senator, Praesul, Sacerdos, Nobilis, Miles, Civis, Plebeius. Nomine vero personae aut pro ipsa persona ponuntur. 1mo. Signa dignitatem denotantia ut sunt Sceptrum pro Rege, purpura pro Principe, clava pro Duce, Subsellium pro Senatore, mitra vel infula pro Praesule, arma pro Milite, fasces pro Magistratu, 2do. Stema vel Regni Familiam ut sunt Lilia, rosae, soles, cruces, sagittae, 3tio. officia cum suis insignibus. ut: porro in ipsa persona possunt considerari bona triplicia corporis animi, et fortunae vel mala his opposita. Animi bona sunt virtutes, artes scientiae, habitus pro ibi ingenium solers memoria capax, etc. animi mala vitia ignorantia, pravi habitus, hebes ingenium, memoria debilis, bona corporis paritas mediocris, forma

elegans ualetudo, firma, uires, etc. mala corporis nimia prauitas, enormis
pteritas, deformitas, infirmitas, tarditas, multitudo, bona fortunæ genus
et pinqui amici educatio, opes, honores, potestas, libertas, diuitiæ, Nobilitas, etc.
mala fortunæ his contraria.

Quid. Rem factum dictum cogitatum, opus, quod fuit, factum est, aut fiet denotat.

Vbi. Designat locum, Sacrum profanum, publicum, priuatum, commodum, incommodum, apertum
clausum, etc.

Quibus auxilijs. Hæc particula denotat præsidia, Vires, causas adiuvantes
instrumenta, vel animata, ut sunt Serui, Administri, vel Inanimata, ut erit
gladius, tormenta etc.

Cur. Exprimit causam potissimum finalem, item respectum, spem, metum.

Quomodo. Indicat modum quo res facta est aut fit aut facienda est, qui
modus aliquando designatur breuiter per Aduerbia, per Ablatiuos, et Comparatiuos,
et Similitudines, aliquando late per alias Circumstantias possis adhibere explicat
ut si mortis aut pugnæ modus referatur.

Quando. Tempus refert belli, pacis, induciarum, animi partes uidelicet
autumnum, hiemem, uer, æstatem, mensem, hebdomadam, diem festum, profanum, serenum,
pluuium, meridiem, mane, noctem, uesperum. His præmissis in indicio modum quo has
circumstantias possis adhibere ad amplificationem. Primo exspecta sintne sensum
propositionis subiectum vel explicatum, et quas hic et nunc tractari possit circumstantias, et omnes, an per aliquos tantum. 2do. si uis omnes circumstantias
usurpare, tange singulas breuiter, ne dum oratio in nimiam magnitudinem ex-
crescit, contrahat obscuritatem. 3tio. poteris aliquando 3tantum. 2do si uis omnes
circumstantias simul coniungere ad comparandam Verborum copiam, 4to. poteris
denique interdum una esse contentus præserti si talis sit, ex qua elici possit,
plura rei adiuncta, qualis est inter alias Circumstantias, Quomodo cum uidelicet
modus mortis, aut pugnæ, ut supra dictum est, refert. Hæc omnia ab Exemplis confirmabo.

Primo. istud propositionem Cic. Patriam suam liberavit per omnes Circumstantias dilatat.

Praxis. Oratoria.

Quis. Civis fortissimus Patriaeque amantissimus Cicero.
Ubi. In Urbe terrarum Regnatrice. Quibus auxilijs. Singulari prudentia ac diligentia indefessa.
Quid. Patriam suam pene e faucibus hostium eripuit.
Quando. Tempore quidem â Condita Roma Calamitosissimo.
Cur. Spe tamen non dubia fretus illius salutis et suae laudis assequendae.
Secundo. Hanc unica voce. Studeo. Sed tantum expertis circumstantijs eleganter dilatavit P. Pomey quod sequitur.

Praxis. Oratoria.

Quis. Tametsi haud inutili opera multorum spatio annorum clarissimas Academias celebraverim et in optimarum artium cognitione progressus fecerim non poenitendos.
Cur. Maioris tamen intelligentiae consequendae gratia uberiorisque percipiendi ex doctrina fructus.
Quomodo. Tam assiduo corporis labore ea conditione mentis ac meditatione.
Quid. Libros omnes qui venire possunt in manus meos quantulis spissos, captuque difficiles sci... ita legendo contero.
Quando. Ut illud etiam tempus quod animi relax... atque ... solet, reficiendoque

viribus necessariis tribuendum est: studio literarum totum se ipse porro atque consumam. etc.

Tertio.

Hanc propositionem Miles Christianus Turcarum expavebit, per singulas circumstantias ita amplificatam, ut unaquaeque eam sigillatim totum illum sensum exprimat. Hoc subiecta indicat.

Praxis Oratoria.

Quis.

Mars Orbis Europaei, qui olim rite sacris initiatus Christianis, atque hic ingenii solertia addendum capiendumve consilium, inde ad strenue militandum ex[t]remo robore virium instructissimus. nequaquam cadet animo ubi audierit aut viderit, cum grandis Praelii mole adversum se venire cohortes Odrysarum centuriatas.

Quid.

Nec existimandum est ad resentiendum Bistonum irruptionem e pectoribus Christianis cessuram magnanimitatem, nescit enim titubare robur quod firmas egit semel radices. Forsitan vero ingruentium fatorum Arbitrio Christianus miles suae virtutis fortunam desperatis viribus committet. Ab invicto Caelitum comitatu munitus dubiam sibi bellandi aleam non praeominari. Quid si porro acie exigua manu barbarum Geloorum multitudini obviam ire cunctabit. Sed crede mihi Orthodoxi Gradivi non est exigua cohors, cuius milites ingentem in dextera Exercitum gerunt virtutum.

Ubi.

Contremisce igitur fatalis Turcarum Legio nec Christiano Cive augurijs in certis Caeruleo furia formidine Crispe interitus in[gressa] etiam tua Tyranide Ungarica latibula molitur penetrare.

Quibus auxilijs.

Quo in loco non potest non audere Christianitas cum in praelium fortuna et virtus descendit utraque instaurans pugnam vibrans acinaces, spergens caedes, elidens Thraces suorum denique athletarum fronte lauro redimiens immarcessibili.

Cur.

Et licet innat audacia hostium spe rapinarum impulsa in limites imperii diffundatur licentiosas Calonum colluvie per confinia Austriae nihil tamen hi minus tangunt Christianas Phalanges, ut pote quas nobilior defendendi sui [li]-

matis

intentio facit. Ardentior amor Religionis quid legum tuendarum ratio quid cura boni publ: quid maiorum auspicibus aucta gloriae ad vitae necem pro fidem conscendendam invictos armabit Bellatores.

Quomodo. Quis vero dicendo plenum posse sequi, quam fortiter talium Heroum vibrabit mucronem dextera, qua nunc Augusta Reipub: profert insignia quam viriliter scutarius et sonis pectus purpuratum opponet, prema Corona suis muneribus exornat. Qua horrendum intonabit. Gladium cantium lingua qua ad reipb: recte gubernanda consilia Tulliana fundit eloquentia.

Quando. At nunquid praesenti bello gladius ille inocentis cruoris Sititor, nunc erecta in mina s amentia prohibit in acie, cum iam non semel prostrata ferocia sua infamiaque reclusus vaginam recessurus tum de decore. Sed distringat sane suum chalibem Othomanica perfidia erit adhuc in Christianis copijs tantum dexteritatis et animi ut vetero temporum gloria novo exemplo et felicioribus confirment eventibus ideoque illa nec terrebunt ingentis brumae frigoribus nec aestivus calentis Coeli ardoribus diffluent, nec injuriosa Scythicarum tempestate arcebunt, nec ullis demum momentorum cedent vicissitudinibus, sed addito suorum famam in meores victimam seu liberalissimam pro incolumitate boni communis consecrabunt.

Praeter hos modos, quibus brevis sensus fit longior. Sit

COROLLARIUM.

De obvijs modis faciendae Amplificationis.

Primo. Amplificat sensus brevis, cum nudis Substantivis adduntur Epitetha apta. Sic hunc brevem sensum v.g. Hostium audacia est armis reprimenda; reddes ampliorem addendo Adiectivis. Hostium impune grassantium inanis audaciam vindicibus armis, serio ac severe est reprimenda

Porro cu laboret passi candidatus Eloquentia, penuria Adiectivorum aptoru ad amplificationē, subiicio hic taliu indicem.

Adiectiva Laudis.

Admirabilis. Amabilis. Argenteus. Aureus. Augustus. Basilicus. Beatus. Bellus. Blandq. Bonq. Candidq. Celebrandq. Charq. Clemens. Comis. Comodq. Desiderabilis. Divinq. Elegans. Egregq. Excelsq. Floridus. Gemmeq. Gloriosus. Honoratq. Illustris. Laudabilis. Magnificq. Nobilis. Officiosus. Ornatq. Pollitq. Preclarus. Parq. Sacer. Serenq. Sublimis. Tranquillus. Venerandus. Utilis.

Adiectiva Vituperij.

Amarus. Asper. Atrox. Austerq. Barbarq. Caducq. Callidq. Contagiosus. Damnosus. Deformis. Durus. Effaeminatq. Effrenatq. Fallax. Ferus. Fictiosq. Funestq. Horridq. Ignavus. Infaustus. Insidiosq. Lethifer. Mutabilis. Nocens. Odiosus. Periculosq. Rebellis. Sordidus. Scrilegq. Temerarq. Venenosus. Vilis.

Adiectiva v Laudis v Vituperij.

Absconditus. Abundans. Aeternq. Afflictq. Amiq. Aptq. Ardens. Armatq. Audax. Aviq. Bellicosus. Celer. Delicatq. Facilis. Fertilis. Fecundus. Immensq. Immortalis. Ingensq. Insignis. Levis. Liber. Lugubris. Magnq. Necessarq. Plenq. Privatq. Severq. Vacuus. Venalis. Vulgaris.

Amplificat sensq brevis per casq Gramaticales et quidē tali ratiōe. In simplici sensu per illū casū, qui ēq cogita qui possunt alij ēe, et isti casui qui ia habetur adde. vg. Velles amplificare hunc sensū. Secundo.

Nobilitas ornat Hominem.

Quære ad Nominativũ et Accusativũ, quos ppositis ht, aptos casus residuos, et invenies Genitivũ generis Praclari, Dativũ Virtuti et Heroicis facinoribus concesse. Ablativũ ornat suo honore v dignitate v Excellentiã ad Accusativ: Nunc adde aliquod Adiectivum et habebis hunc sensũ Longiore. Nobilitas avita generis Praclari virtuti ac Heroicis facinoribg dressa, hnes etiã privatos mirifice ornat et auget sibi congenita dignitate.

Tertio: Amplificat sensg brevis p Periphrasi, quandò pluribg verbis expliat aliquid, qd potevat paucioribus iuxta hunc modũ hanc Sententiam. ~~Pr~~ auro bibat ~~in~~ ferro dulce e Egregie dilatavit Pater Lwiadniewicz

Facessant imbelles animi quiq gerg incensũ adijt nec virtg in Otio et qui nullã domi, nullã in hostis gloriã collegerint, adhuc tamẽ auro fulgerit nitent purpura quã p illorũ Ignavia erubescat. Khos ego Sceptris n hos fastig admoverẽ n illis aureã melioris fortunã venã aperierẽ qui nec domi consilio nec foris manu stetenit, nec Domi curios, nec militiã referit Camillos: illos potg quorũ toties armis securã tuta periculis Patria, ex cruento illo gloriã Martisq Lechici theatro tot Victrices collegit Laureas, suo quippe hostili Rpij Sanguine irrigatas: his eo Divite domj partas his aureos n infelicius aduc huj aravis sinus totis alveis infuderi fudere Sanguine merito Patrij, ad illos Ganges Divite Vena refluat et Laurũ sequat aurũ.

Par equidẽ ut strenuas manus fero ganisve sexonesent manubiã paretut oppressũ Clypeo pectg aureũ vellus induat et infirmes vigilias Otiosũ Patrij cervical reponat, ne sola recte factis merces. Sit recte factorũ conscientia.

Quarto. Amplificat Sensg brevis p comparatione hoc modo. Vis aliquẽ huig modi Sensũ dilatare, vide cui Subiectũ v Predicatũ ppositionis assumptã possit comparari, taleq̃ repertũ inventũ tuã materiã applica. Ita sinelles vg. ampliorẽ efficere hanc ppositione Virtg militũ premijs excitat.

deleres videre in ipsum et comparari, et invenies posse comparari pluviam. tu si eloquerens. Crede imbre aureum fortiudee seminum solidum virtutis nutrimentum. Eingit hac aurea tempestate, et in immensum crevit etiam collapsa bellantium virtus. Solidatur ubi aurea Coelum Patriam pluit grandine et pretiosa hoc in castris detonuit procella. Vel posset comparari Aureos clavi esse adaptati hoc modo: Virtutis in publicum emersura adyta facile aurea reserantur clavi adeoque muneris, et praestitae mercedis ratio mentes hac velut aurea virtutis esca pertrahit velut aurea cote acuit.

Item hoc propositio. Liberalis est Princeps per comparamine liberalitatis seu Coelo pluente, amplior evadit, si in terris etiam te Coelum esse probamus, ubi illud gemmeo grandinis pretiosi imbre [illegible] esse probamus in [illegible]. De [illegible] Divinorumque Coelis demittit tempestatem [illegible] partiumque, et in egentium sinus saepe pluit metallum, si quid et quando hoc perfecto semper grandinat gemmis riguoque Coelum despluit auro.

Item hoc propositio fortiter adversa tollerat, per sequentes similitudines dilatat. Inter adversa multiplicantes fortuna ictus manifesta cautem Capitolii immobilis saepe experimur.

V. Nubilum tonantis Patriae illaesa serenitate excipiens merito credi poterat altitudine mentis Olympum excedere, ut potest celsior qui ut adeo doloris procella pertingerent.

Quinto.

Amplificat sensus brevis per congeriem eruditionum loco vocabuli alicuius universalis, ad quod illa Exempla quae [illegible] memorata referunt, tanquam aliquid particulare. Sic illud exempli gratia dictum, Superat hoc opus omnia mirabilia opera in Orbe. Orbis miraculorum coaeteriando dilatat, ut indicat.

Praxis Oratoria.

Cave huic operi componas Aegypti pyramides arte pretioque certantes, Colossum Solis Rhodium, situ [illegible] et mole admirabilem, Pharum Turris luminibus dignum Ptolomeo Rege opus, Ephesinae Dianae templum, muros Babylonis, Mausoli sepulchrum, Simulacrum Jovis a Phydia in Coelos eductum,

Catrojis ... Colloris regia Minnij Labyrinthus aureus, Neronis domum, Amphiteatrum Pompei, Apelles Alexandrum, Uvas Zeuxidis, Parrhasij Lintheum Lysippho statuam Cupidinem Veneris Praxitelis Minervam Clypeum incisa soles Lapitarum Centauros etc. Aliaque Excente Orbis et artis portenta. Similiter illud. Dilacata fercula belles, dilatas, Somnias cum Vitellis, pessio quod atagenum, scinora, Phasianorum cerebellum, murenas, Numidica sudomeres, Arabica alites, luxum Heliobagali, gemmas Cleopatrae Neronis convivia. etc.

Sectio. Tertia.

De Modis per quos rudis et popularis Sermo in cultiorem stylum potest migrare.

Auersque tractatum de amplificatione sensus brevis, nunc agendum restat, quomodo sensus brevis aliquis amplificatus possit fieri elegantior. Neque sufficit Candidato Eloquentiae qualibuscunque verbis abundare, sed requiritur praeterea, ut splendorem in sua elocutione circumferat, Quare sit.

Primus modus extendendi nudos sensus per Fig: Ut sensus amplificatus fiat ornatior reflecte te supra Figur: sequentes, quales sunt Apostrophe, Interrogat: Repet: Exclamat: Hyperb: Gradatio. Sustentio. Antit: Prosopopoeia: Prosop: etc. Atque iuxta alias ex his et similibus instituo tuam elocutionem. Pro Exemplo sit illud Plinij, quo Traiani iustitiam depredicant adhibitis figuris,

Praxis. Oratoria.

O quam mitis severitas quam dissoluta clementia in loco residendo Fisco sedes nec aliud tibi sententijs quam bene iudicasse, stant ante te litigatores, non de fortunis suis, sed de sua existimatione soliciti spectaverunt, quid de causa sua quam quid de moribus sentias. O vere Principis populo suo in imperio magis quam ratione compescere.

Hintercedere iniquitatibus Magistratuum infectis reddere quidquid fieri non oppor: tuerit: Postremo velocissimi Asclenis more omnia jnisere, omnia audire, et undecunque innocentum Stati veluti Numen adesse et assistere.

Secundo.

Modus excolendi sensum rude est per Eruditionem, hac 1mo utcunque tum, quando loco dictionum Appellativarum substitues una propria v.g. Loco istius Poeta ad hortos digressus est, Ita: Apolline ad Alcinoum, a Pallade ad Po: mona, a Musis ad fontium nimphas est digressus.

Secundo.

Utens Eruditione ponendo illam comparationem videlicet Simplici sensum affe: rendo per aliquam similitudinem, quam habet cum aliqua Historia v. nomine proprio Sic loco istius: Miles fortis, illo in hostes invente poterit in Tolum Spartanos milites, et viros gignere. Sic loco istius Turca sub Vienna profligatus est, strages illa dedit alteras Turcis Cannas, alterum dedit Thrasymenum Thra: symenus est locus cladis Romanorum a Carthaniensibus.) Ita adventus tuus Oratoribus negotium facessit: Non solius Alexandri adventus Orphei simulacro, sed tuus etiam Oratorum ingeniis elicit sudorem, quibus tene admones tor: mentum, du. etc.

Tertio.

Utens eruditione id est tuam dicto desumpto ex Historia proponendo v. postpo: nendo ut loco istius egregia tua facta erunt posteris incitamento, sic cultius Fortiuus tua egregie domi et foris gesta facinora posteros ad laudabilem urgebit simulationem, quam olim Themistoclis Achillis olim hasta perstrinxit. Ita. Justus et liberalis est cultius dicet perpendit palmam Areopago tua aequitas, ubi vero liberalitate certandum est omnem, Tito gloriam ademisti.

Themistocles Achilles ~~Themistocle nis gloria trophaea~~

Quarto.

Utens eruditione ponendo loco causam ad probandam tuam propositionem his particulis adhibitis, Nerut documento v. credo me. Scilicet nerut ita patet. Exemplum sit illud dictum de Galba Imperatore imperium ideo libertis regendum dedit, ne pauciores Roma, quam Averrus furiis ~~aliis~~ affligerent. Ali: quando ipsi eruditioni nova causa succedit. Tale est illud, Romanis solebant, ut quod annis coronatum sua fontium fortunatam celebrarent, credo indignum arbitrari negari sitta fontibus aqua quibus vitas quodamodo hauriebat. Hinc illud tande

communi cepit Paroemia dici, qui aquam haurit, puteum coronat.

Quinto. Utens eruditione, ponendo illam per Fig. Rejectionis [illegible] deberes dicere hortum amoenum. Juxta hunc modum rei elegantius [illegible] huic tuo Viridario Hesperidum hortos, vel pensiles Semiramidis opponas, ceu veris in hoc Tiburi elisijs campis fabulis consenserunt [illegible] loco. Miles Victor Taceat Roma, Scaevola certior et Bonosij errori, Militis nostri [illegible] quod sternit hoste, trophaeum erigit.

Tertius. Modus est ostendi [illegible] sensum est per Sententiam, prius quomodo incipias tractare.

4. Primo. Quid est Sententia? [illegible] Graecis dicitur [illegible] Romanis Authore ad Herennium. Est oratio sumpta de vita, quae aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita breviter ostendit.

4. Secundo. Quotuplex est Sententia? est duplex alia apta, alia quae nullis particularibus circumstantijs adstringitur. ex. Jacquet absque aemulo virtus, alia occulta, quae particularibus circumstantijs determinatur, ut. efficere non potes, ut omnibus non sapias.

4. Tertio. Quomodo Sententia sit formanda? Rem penetra sensum tuum rei, expende [illegible] doctrina ex illo potest erui, ut si tractas de liberalitate, vide quid ei possit ad doctrinam morum spectari et talemque erit, Sementem in misericordiam facit metendam in Necessitate, qui ope aliena sublevat inopiam.

Praeter hunc vulgarem modum eleganter Sententias formantur per modos sequentes

Primo. per Fig. Antonomasiam, festina non sunt, quae sunt festina, Rem [illegible] malum est potius

Secundo. per Antith. ut rara est concordia formae et pudicitiae. Rem med: nunquam [illegible] nisi cum alijs male. Rem bonis nocet, qui parcit malis.

Tertio. per usum prudentem eruditionis, ut. de armis loco Achille, Thersitis disserere indecorum est.

Quarto. per Alleg. ut Ubi virtutis cultura accesserit, nil sterile est. Rem tranquillas etiam naufragus horret aquas.

Quinto. per Usum similitudinis cogn.: ut. vites et [illegible] in falce sentiat laetius excrescit

Item qd Deus Universo, sole Caelis Phoebus, avib; item Regnis Rex: Sexto.

Per Experientiā ad hibitione ut: omni in aure oculi inveniuntur. Item virtutia ad ob forma suffragium. Item furorā arma ministrat. his positis. Nota Primo.

Per Sententiam, tunc posse expoli sensus inde, quando illa causs proponis tuā petet, accessu fact: per antiquidē particulis sequentib; Scilicet ut ferme documento arbitratus cunctaret, n ignat, nimium nempe quippe etc. Sic de quodam generis ac mentis illustri Viro dices, iuxta hunc modum, Tu solo antiquitatis splendo et avita generis nobilitate, sed etiam recte factorum gloria laudē tuā constituendam putasti, scilicet miseram arbitratus felicium conditionē ubi nihil moribus, omnia majoribus, omnia sanguini tribuunt. Item de S. Casimiro. Ipso statis vere Casimirus exhibuit; qd vix alius in Authumno sterilis argumentis ingenii [illegible] solatii spe alere in herba. Item de Mariano Sodali, sitis conditori, et dum tq in herba sit ancilla quoque Domini nunquam exclusos ē caelis a Cultu ex affectu, quippe in recte vita diligit, qui in diligit vitā matrem.

Optimum quoque ē lusus sententiam si aliquis simplex sensus synonim: plures sententiis repetatur, sic puglanis illam sententiam plenis sibi inimitiē educant in clientibus et alumnis expotrauit. Lactamus spē Catulos miseros mates, quin nostra post ubera depascat, Rigamus assiduis [illegible], quod mox in cubitu adulta nos perimat, et in nostris incendiis ferimus acuimus, quo cadamus. Adeoque in unum nos torques Vituli Perillus. Nota 2do.

Pulchré Sententiam orationi tunc inseri, quando illa tanquam aliquid ad ensu Currentis Periodi pertinens subsurget. Tale ē illud Curtii de Alexandro major fuisset, si vicisset superbiam, et iram, invicta mala Alexander. Nota 3tio.

Excolendi sensus inde per acumē Oratorium qd in eo situm ē, ut gravitatem sensus reconditorum, cum pia Lepori coniunctam admirabilitate preserat. multa vero ē quibus Acumē Oratorium venit, nulla subiecio. Quartus Modus

Causa inexpectata atque ornata aliqua ex sequentibus Figuris qu sunt Anazeni: Antit: Traduc: Etc. Suggerit acumē, ut patet in hoc exemplo de Nativitate Christi, subiit sub Urbam Mantium parturiens Virgo Sanctissima Comite Josepho, non habens Urbes. Primo.

X.

Virginitas et Sanctitas incolebat. Hic de Juda proditore Antitheta.
A signo pacis exordiit bellum osculo amoris intermixtis et blandimentis
abijcis amicorum instrumenta pacis, Charitatis pectore, uoltis insti[illegible]
amoris tessera hostibus servit odio, nimirum nouerat ex amoris castris
Barbarus transfuga, nullis amore armis gra[illegible] uolnerari [illegible] suis.

2do. Lusus in verbis dat Oratorium Acume, porrò lusum verborum efficiunt
sequentes Fig: Anomit: Traduc: Meguinot: Ratoo: Coni: Prim: Sit
Exemplum de Paulo corrupto Homine inter Athes nullum reperisset,
sed vel Angelos, vel Bellvas, vel ara Divina dignos, vel hara peccatum

2do: [illegible] hinc capellas, qui si fuisset hoc nunquam tam crudeliter vitam huius
petijssent.

3tij: Insipite Principes, quam Incipites male imperas, qui imperant tantum.

Quart: Ex Epitaphio Margaritae Principis. En quo Margaritas ostreo mors
includat ferale, quis male fingat morte. Deo[illegible] contenta cito.
Cleopatrae ferculis apponit, dum Margaritam ut sorbeat, in pulverem
atterit.

Quint: Hic tibi quem metuas, hostisque metuende Princeps, unum hoc time, ne
timeare animorum Victor, positer animorum.

Tertij Dant Acumen Oratorium quando fabulam Poeticam et quandam Historiam verum.
Tale est illud in Aquilam fulmine petitam. Sola haec aquila fulmen
petit, nec alium duntaxat, sed insuper etiam caput Jovi fulmina ministrante.

Quarto. Dant adiuncta rerum Acumen. Primo claritas Natalium. v. g. avitos ejus
fulgores nequidem passus obscura impune aspexerit, crederem hic credes
Clem in quem oculos nemo conferret, quin Vindex in passebra lumen p-
enitus [illegible]cat.

Secundo. Stemmata Labijum ut: de ter gemina cruce Potoliciorum, Kuna Polow
laurea ominatur, ter gemitum Potolicorum insigne, quando invictijus cruci
signo non solius est vincere Constantini.

Honorum insignia. Ut de clava Ducis, cum in [illegible] tibi Laurea effrondescet, imperialis clava, [illegible] hosti Patriae fatalis, qua Heraclis clava monstris. 3tio.

Temporis circumstantia ex hac sumptum illud de quodam Principe mortuo in Autumno: Pluris nobis [illegible] Autumnus e serenitate sepultam [illegible] Aestatis, [illegible] felicitate Aestatis, Octobri vindemia, lachrymarum afferente. 4to.

Circumstantia loci ex qua illud e demortuo quodam ab Aede S. Faustini Ubi ante felicior tibi mors contingeret, qua Faustinus suo Nomine contedit faustitatem. 5to.

Dant, Animae Oratoriae Tropi, ut ex hoc loco auctam elicias propositionem Oratoriam. Nota diligenter utrum loco verbi insignis e positum Substantivi, aliquod verbum Metaphoricum, Allegoricum, Periph: etc. Porro tropi qui lumen Ornatui afferunt, sunt sequentes Metaph: Synecd: Meton: Anton: Periphr: Hyperb: Alleg: de quorum usu. 6to.

Nota 1.

Si posuisti Metaph: nomen pro Subiecto vel praedicato propositionis Oratoriae, inde utrumque etiam verbum [illegible] mutandum. Ita si loco istius propositionis, Senatores Rempub. ornant, posuisti loco Senatores Lumina agri, adde etiam loco ornant verbum Metaphoricum illustrant.

Nota 2.

Omnibus Tropis parce utendum esse quia hac in parte plus Poetis, quam Orat: conceditur, et scias etiam Tropos Poeticos ab Oratoriis distinguere.

Nota 3.

Ut In prosa, sed Poetica magis, quam Oratoria metonim: usurpes DEOS Deas loco rerum quibus praesunt, sequentes habe. Bacchus pro Vino Ceres pro frumento, Nereus vel Neptunus pro mari Tethys pro aqua. Mars vel Bellona vel Ennyo pro bello, Pallas pro literis Penates, vel Lares pro domo Apollo vel Musae pro Carminibus, Suada pro eloquentia Dis vel Pluto pro Inferno, Aeolus pro Ventis, Priapus pro Hortis Pomona, Flora pro floribus, Silvani pro Silvis, Pales pro pabulo pecudum Vulcanus pro igne, Nemesis pro vindicta DEI Eumenides aut Alecto, Thisiphone, Megaera vel Erynnis pro furore. Parcae vel Particulares, Clotho, Lachesis et Atropos pro morte etc. Huc etiam revocantur nomina propria, quae eleganter etiam in oratione [illegible] pro Appellativis ponuntur.

Cretensis pro mendaci, Cursus pro diuite, Codrus v. Irus pro paupere, Cares pro vilibus militibus, Cato pro graui Viro. Aristides pro Iusto, Solon pro sapiente, Epicurus pro voluptuario, Sardanapalus pro molli. Sibarita pro delicato, Thraso pro glorioso, Thersites pro deformi, Epimenides pro somnolento, Verres pro fure, Stentor pro clamoso, qui sua voce 50. Virorum clamorem superabat, Phalaris pro crudeli, Perillus pro malo Consiliario, hic Phalaridi suaserat ut cruciando homines iuberet Aeneum bouem conflari, sed hunc primus Perillus indutus tormenti genus expertus est, posteris illud reliquit: Malum consilium consultori pessimum. Scytha pro Barbaro, Getoni, Odrissa, Bisthones, Thraces, Gethae, pro Pueris, Vlisses pro fraudulento, Pigmeus pro paruo, Gigas pro magno, Hector pro forti, Pegasus pro pedifrago, Nestor Hortensius, Hercules Gallicus pro eloquente, de posteriore videlicet Hercule Gallico refert, illum aurea catena ore circumferre fuisse creditum, qua animos auditorum in suam sententiam pertraheret. Momus pro mordaci, et Detractore, hic Deos incusabat, quod ad corda hominum inspicienda fenestram non fecerint. Protheus pro inconstanti etc.

Item elegantem ultima species Metonimiae usurpatur, quando signum pro re signata ponitur, ut toga pro pace, Sagum pro bello, Sceptrum, Diadema, Solium pro regno, fasces et secures pro consulari dignitate, Oliua pro pace, Laurus pro palma pro victoria, Hedera pro popina. Item sequentia, ut: stricto gladio hostium ingredi pro bell: indicere, fontem coronare pro gratitudine exercere. Huc etiam referuntur stemmata Nobilium, Regnorum, Ciuitatum pro iisdem posita.

Nota 4to. Allegoria mixta magis confert ad acutam dictionem reddendam, quam pura, si de centum plus obscuritatis, quandoque habet, quam ut possit elegantiam conciliare. Allegoriam facile formabis, si Principaliorem tuae propositionis perpenderis, illudque alicui rei compararis adhibitis verbis competentibus, ut hunc sensum Respub: inter dissensiones etiam stare potest si prudenter eam gubernes, Princeps, si in ista hunc modum Respub: naui comparando et Principem Nauarcho efferes s: nauis reipub: inter declinanter etiam dissensionum fluctus, minime potest frangi, prudenti Monarcho ipsam gubernante.

Effectus rei demonstrandus ut: voluptas immanis Bellua ex infernorum claustris 3tio.
erumpens ardentes ira fert faces quibus in mortalium pectora dissensa conjicit Venena
spargit et sentissima quoq[ue] humanarum animos enecent lethali deniq[ue] telo armata
quos incautos in medijs amplexibus confodiat blanditiarum sectatores.

Per negationem. Quando Orator prius demonstrat quid non sit res, deinde subjungit 4to.
quid sit, Sic definies Christianum tunc eum Christianum putes, qui eum lustralibus
aquis sit ablutus, vitam omni turpi Bacho Venerisq[ue] conservat qui mente scelerum
inventrice lingua conviciis infamem manum inocenti sanguine crudelitatis contextis
intemperantes oculos corpus omni foeditate conspurcatum gerit. egregiam vero [illegible]
Christiani dignitatem? ille ille effecti si ne decis dicendus Christianus, qui
conceptis in Baptissimo votis Christo auctoratus, ejus vexilla sequitur cupi:
ditates coercet nec ullaterus eo inclinat, ut a sacrosancta Religione quandoq[ue] de:
sciscat.

Per substantiva laudis v[el] vituperij addito Genitivo competenti. Ita Ju: 5to.
stinianus in laudem Beatissimae Virginis MARIA e Regina Caeli Paradisi
ianua, Solatium et interventrix [illegible] mundi Interemptrix peccati, diaboli
terror. Similiter in Vituperium Civis Deditissi e illud: Pestis Patriae, Nau:
fragium Reipub: libertatis exterminium, Aequitatis Eversor etc.

Usus Definitionis e Multiplex Valet enim tum ad amplificandos et orna:
dos sensus, tum ad augendas Periodos ut supra vidimus, tum ad Oratoria
acumina: Maxime tamen confert ad faciendam Confirmationem propositionis aspirantis
ad probandas quando inventa Definitione illius rei quae e Judicis in ea propone
vel per Syllogismum v[el] Enthimemma, aut per alios modos infra tractandos exponimus, atque
ita ex unica Definitione et ratio integra potest formari, ut patet in sequenti Exemplo
ug. Solari amicum maestum ob obitum Amici, posses accipere pro confirmatione tuae propositi:
onis Definitionem, qua dicit Vita Humana e flos Caducus, et in Enthimema hoc modo
digerere.

Antecedens

Vita Humana e flos Caducus, Consequens Ergo e debes amicum fatis erectum nimio
prosequi dolore, de quo sit.

Praxis Oratoria.

Haec Sermo balmariis in beveris fatiscentis mundi ruina fuit mortalium felicitas Antecedens
constantis in inconstantia, fatendi eisse alea nec fluxa vitis editione unde e
caducum, et momentaneum experiris. Magnifice Dne. Atquod hic e mille extitit

aliquando, qui certū eshauserit, Parvi unde ex ortu et in alterna aquarum elicuit euentum.
Quisnam modo agnovit rerum ascribit. Sed et etiam quotidie vitam a flore exa-
spere promonumenta. Flos profecto flos vita haud eo fragilior quo maturior
et tanto vigentior, serio lucens quarto in Adultiore pulchritudine se incipit

Confirm. Antecedens: explicare. Accedit tunc veritati stabiliendæ non leve robur ab Hemerocalle
flore, qui brevi fugientis vitæ suæ cursū unius dumtaxat, et diei currente
circumscribit. Mane videlicet vivificante Cœlestis roris stillicidio vesper sub
in auras adducit vitales. Meridie ab ingentibus se radiis Solis vita orditur
matura. Vespere demum et cadente Soli, et Ambrosia herba parente et
vitæ diuturnæ interitu celeri infra persolvit. Tali vero exigua ejusmodi floris
vita universis coloribus mortalium vita adumbrat. quod sæpe numero ubi in
Adolescente ætatis vero in flore incipit pullulare illico hiemali decor tam
asperitate depopulatrice juventutis hieme experitur. Sæpe mihi est fa-
teri cum vinculis in Adultiore vitæ pubescentis fugiens dum et cum annorum con-
spiratione fatorum occiditur in iurgiis, ceu alter Hemerocallis. Nec aliud occasum puto,

Confirm. 2da Ant.: primordiales instar Paradisi sepimenta duplici orti primordio Mortalium. Parens
nisi vita caduca torrentium florum aeternis late ipse, ac eo Nepotes colligerent
breve, sub vitæ suæ, lis ac arescentium herbarum interitum cadit Sanctitas
in omnes parcarum iura ac leges ferreas duræ necessitatis stylo exaratas.
Quaeri tibi Magnifice Domine magis perspecto sint. quo vitæ possit consequi
dictione, quinde cur breve vitæ deflorescentis in Domino N. maxima quod ob. recur
suppositus fati serpesti amicissimo indulgens adori, flos etiam ille filius quem
occidente caducus, atque ita floruit heri, ut hodie mortis afflictu exarescere
habuerit necesse. Recedat tamen, instar torrentium herbarum, ut interiret,
vivit ille etiam succisus ut pote quem dextera naturæ autoris in æternitatis

Consequens: beatæ areolas transplantavit. Id vero cum egregia M. D. N. gesta, nostra Magnifice
Domine iubeant sperare illud ipsi sueverit quod seriis et accuratis expensum cordi tuo
dolor lancinato medebitur. Dixi.

In occasione Defensionis qua Plutarchus Principem Solem populi esse dicit tale
posses formare Entimema salutatorium Ser. Regis Poloniarum nunc Polonæ
Nobilitatis. Antecedens. Sol est Regum P. Orbis Sarmatici Rex,
mmuni congressu acutè solent usurpari si quis plura exempla requisiverit
veniet in argutijs Patris Massenij ad quas te remitto.

Arguti[æ] P[at]ris Massenij

§ VI

Quid sit peroratio et quomodo disponenda.

Epilogus Peroratio

Peroratio aliter dicta conclusio aut Epilogus est clausula orationis totius
es Orator interdum omnia argumenta et totam suam dictionem sparsa
unum colligit proporcionatum materiæ affectum adjungendo ejusmodi
minationem cum commemoratione rationum omnium vocant passim Ora
res recapitulationem eò quod quasi à capite usq ad calcem tota dictio Ora
a hoc modo appareat in conclusione. In tractatione hujus partis est
randum ut non tam exquisito cultu sermonis q[ua]m efficaci potius intentu
monis Oratorij urgeatur ad quod figuræ vehementiores admirationibus
pellationibus obtestationibus instructæ multum valent, super omnia
ro eò orator respicere vellet ne in sua conclusione quempiam leviore
nceptu v[el] gestu adhibeat quia in hoc modo in fine dissipatur q[uo]dq[ui]d ope
iè tota collegerat Oratio pro illustrandis partibus orationis fusius
traditis sit in laudem Divæ Catharinæ VIRGINIS matris Marty

PRAXIS ORATORIA

Exordium

nam Periclis hodie suadam liceret æmulari Auditores Ornatissimi non
à sane pro his rostris Orator periodo detonarem q[ua]m quæ inter confusos
rmo calore pulveres vibraret fulmina inter minas armoru[m] vehementius
andesceret inter tumultuarios deniq hostium furores laureas Catharinæ
pressum contra feralem decerneret Maximino. Quanquam gratuitis

veterem

veterem expetiero facundiam votis ubi jam ad Alexandriæ delubra superstitione classicum canente non minus suos auspicato quam fictionis meæ mea passus instaurat Victrix Martyris fortissimæ sapientia multosque in uno Tyranno numeratura triumphos. Lubens præeuntem comitabor ita tamen ut ad spectaculum Cælo terrisque acceptissimum Vestra quoque Ornatissimi Auditores attentio evocata triumphanti occurrat Catharinæ. Vix primo promota gradu nobilis Regum stirps virgo vestigium in hostico figit Martiale illico è fulminantis Gradivi tempestate qua data porta domestici ruunt inimici ad manum cum Catharina inde ut tumidius pollicetur ad victoriosam herbam Virgini eripiendam venturi machinas credo sentit illa sibi admoveri, eò magis periculosas quò blandioribus instructa lenocinijs nempe parentum pietate auctoritate Regum, majestatis reverentiâ, aulæ respectu populi applausu. At non sunt hi succutiendo pectori arietes, in quo jam olim amor divinus adamantes distillavit: imo sat inquit ipsa Catharina ita se monente magistrâ sapientia sat ingrata in parentes audiero pia, si odero: sat paruero sacrilegis Regibus si despexero: sat Maximini aulam conciliavero si eam supercilio ptiniero generoso: sat aulam captavero popularem si displicuero. Enerves illæ animæ liquentur in superstitionis obsequia quas corripiunt flamma Impietatis; illa pectora ad scelestos impij nutus componantur quæ levibus lenientis DEAE subjiciuntur favoribus exagitanda. Memet incassum etiam tentiens Maximiliana mina, frustra suaves illecebrarum tentarint Syrenes cujus mens superior Orbe, animus par Olympo Cor cælo mancipatum Panicos timores et mendacia gratiarum despicit, fastidit execratur. Dixerat et mox vim fractura manum advocat militis Auctorati: nec mora, hinc accelerant flammantium velites intentionum, inde spe subcincti supernâ festinant ante pilani illinc fortissimi charitatis divinæ maturant Triarij, hæc demum et illa parte sua ostentant labara calescentes fidei zelo antesignani ad est ad candida signa evocata castitas non enim caderent umbrae tur pi libidinis ni diem puritatis opposuisset Catharina, censetur inter commilitones temperantiæ numeratur mansvetudo, hæc furorem Cæsaris illa omnem mundi luxum et licentiam domitura. His tamen majestate spectatur eminentior fortitudo quam victoriam alijs præfereiat Imperatrix Sapientia non ignara languescere florem Virginitatis nisi temperato fortitudinis afflatu roboretur vacillare temperantiam constantibus calculis destitutam

[illegible]nsvetudinem inter injurias gessundari nisi robore succoletur Sapientiæ quandoquidem ut corporum ita virtutum interit temperies annonæ [illegible]ectu, sedulò agit Orthodoxa Catharinæ pietas, quatenus ex Cælestis [illegible]lventiæ penu sacra consultura militiæ, inde multiplicis gratiæ comenta [illegible]vehat precum vehiculo ~~advehat~~, excipiatq̧ una in jnti pectoris cis[illegible]nas divini favoris influxus ubi quoq̧ vigilantia Argo ocula[illegible]r munit probitatis castra, jejuniorum fossa cingit in somniorum [illegible]lo instruit suspirijs in DEUM continenter vibratis ceu telis ac missilib. [illegible]desne verò tenebrionum Caterva prælium moliri adversus bene ordinatā [illegible]niq̧ virtutum panoplia instructam aciem Catharinæ; hic jam se ipso nobili [illegible]m nunqm alias non temere audentior hostis experitur in tenebrarum luxu [illegible] puritatis aspectu, prostiatus in Gigantea mole superbiæ unico humilitatis [illegible] accisus ad internecionem in opum et quantalibet mundi magnificentiā [illegible] manu paupertatis Xstianæ; Tum victrix Catharinæ Sapientia toto Mar[illegible] campo Io canit triumphe, io pæa io assumitt fortitudo, io vicimus [illegible]niversus Orbis parthenniarū exercitus acclamat virtutum. Quemadmodum [illegible] penniatarum animantium Regina omnia terrarum fastigia emensa se [illegible]t inter sidera ac nec inibi quiescens altius evolat solem contemplatura [illegible]iorem: Ita Divæ Virginis Sapientia p victorias et triumphos ad gloriam Celi[illegible] [illegible]inis tendit auspicijs sublimiorem. Et sane foret exiguum adulatrices mundi [illegible]isse delicias honorum fregisse sceptra Cæsarum calcasse diademmata, nisi etiam [illegible]anam potentiam suæ potestati subjiceret Catharina: Hinc se probatura Ortho[illegible] [illegible] sæculi Viraginem fortitudine Lacænis Argivis et Amazonibus longe [illegible]riorem. Avidissimo atq̧ bellandi studio et generoso vincendi animo Volo [illegible] primam patientiæ instaurat Catharina, Metropolim Imperialium honorum [illegible]ltam oppugnatura; tunc strenuos sacri eloquij digladiatores præmittit eo [illegible] ut sponte grandæva Principijs teneræ Virginis plenam sumet ipsius [illegible]at deditionem, qm atq̧ victrix Catharina et Imperatrix in vim officiosæ [illegible]tudinis vastum illud caput totius mundi capax primum Jarumatuiga Virgi[illegible] substernit plantis tum Satellitis ensi subjicit vero Numini victimam fu[illegible] quæ nuper omnium populorum adorata inclinatione sublimis eminebat. Venit [illegible]q̧ in tanti societatem triumphi Dux Ausoniæ cohortis Porphirius

heri Augustæ pedissequus hodie Martyris Comes renunciatur, non ille abhinc DEOS sed Deum lunato colit poplite, non sub Cæsareis aquilis sed sub crucis labaro stipendia meret. et qui in terris gloriose a Catharinæ vincitur Sapientiâ gloriosius sup. Astra triumphat. Quam dispar vester Mortales Mars præliatur animo non ille victis salutem sed interitum non gloriam sed dedecus non trophæa sed jugū servile parat gladio Sanguinario is bellonæ Xstianæ minus Virgineæ sapientiæ armorum est sensus scindunt illa, verum quod reliquo corpori est exitiosū, secant sed avidos vitiorum nervos occidunt impietatem ut pietas respiret in vitam diviniorem. Sic Augustam, sic Porphirium, sic Centuriatos Romanorum Cuneos Victrix triumphasti Catharina atq; toto illustre Orbe in Imperio Lato excitâsti trophæum. Nunqm Cyprus aut Parnassus inter tot palmas effloruit, in quot rara tua Sapientia pullulavit laureas etiam in sterili triumphorum Græcia. Hæc divinis prope cultissima scientijs eo progressa est felicitatis, ut totum quâ longe lateq; patet Orbem prodigio literarum compleret; nec se quisqm gloriosum existimârat quin Cecropias prius traxisset disciplinas. Nec quiq; duntaxat de fece plebis verum etiam passim sceptro potentes Dynastæ pro Regia magis Athenæum adamârunt, haudq; puduit in Lyceo versari quando supremâ cum potestate Rerum potirentur Imperatores. Hinc Alexander ipse mundo supior Peripatheticorum Principi suam inclinavit Majestatē neq; Regni capessivit habenas donec discipulus Aristoteli operam dedisset Magistro. Ejuscemodi igitur Grajorum scientia simul ac famulam suæ gloriæ Catharinæ accepit Sapientiam Attonita et moræ impatiens Alexandriam confluit. neve per partes debelletur convocatis undiq; viribus de summa rei constituit decertare mox quinquageni bonarum Artium Duces adsunt Philosophi conveniunt Rhetores Phœnices sæculorum non inamœnæ quorundam felicitæ Muse cum suis fatidicis maturant Sybillis atq; hor spe omni opportunior accidit Catharinæ accessio quippe ubi Stagyritæ ingeniosè contractis in pugnam Argumentis Virginis impetunt Sapientiam Dum Oratores facundo verborum Lenocinio palmam infringere Martyr [illegible] quando demum Parnassiæ cives concordi discordiq; verborū con[illegible] suavius quam alias pro victoriâ modulantur. Catharina cō rarum Xstiani nominis commendationem non Entheo Apollinis sed divino Cælitus Afflata Numine ea felicitate adhibito Sybillarum Vaticinio chelin tra

Ortho

rthodoxam ut illico Gentiles illæ DEÆ Victricem Parthenniæ Sapientiæ vo
n erubescant Rhetores siccatis eloquentiæ rivulis arescant elingues: Philosophi
a Græciæ miracula canaq; verendi majestate inter Palladios Palestritas Patres
ursis argutiarum nodis victas dent cum manibus sui vires ingenij Magistræ sci
entiarum, eidemq; ostro proprij cruoris tot triumphorum accendant meridiem, quot
ita è sancito Tyranni neci spontaneè devovent Martyres Candidati.
ingere jam hic furor belluine recrudesce rabies, Debacchare impietas Purpu
te prædo coge in prælia cohortes pestis et exterminium Religionis Ortho
æ Maximine, & ab Erebi speleo evoca Tartareas Phalanges. Catha
nam tamen abhinc frustra tuis circumveneris dolis quos ubi sapientiæ
bar adeo frequentibus perpolitum victorijs luce clarius detegit meridi
ā: frustra minas intentaveris, quas Virginei roboris rejiciens frangit Ancile:
rustra carceris latebras destinaveris Nepti Regum Catharinæ cui ob oculos
lum versatur amplum angustiarum Augustal: Frustra undenaria Christianæ
essoris temperantiam media quæ continenter exsaciatur nuptiarum agni expec
tione sed nec post repetitas verberum plumbatarumq; vices rotam atroci
ntium ordine horridam invexeris, nisi forte stat animo experiri Xstianorum
unam meliorem etiam in inconstanti rota constantissimam Martyris vide
t Catharinæ magnanimitatem: Ensis deniq; tuus quem jam in sacrum Virgi
jugulum distringi mandas Tyranne non obex sed stimulus est futurus Virgi
Sapientiæ ad victorias, imò quod res loquitur: fatere cruenta superstitio
ximini an non eodem ferro tibi metis ignominiam in probrosum ruens
ritum, quo palmas et laureas Catharina via lactea gressus accelerans gloriosos
perennaturæ vitam immortalitatis. Ubi jam vestra Ornatissimi Auditores
rio dictionis attentio evocata occurrat Martyri triumphanti et unà mecum in
udia desinat festiva. Io ergo victoriæ Parthenniæ per oras, universi orisq;
talium plausus ite triumphales, io viva gestientis Orbis Panegyris effor
a trophæa assurgite! Io tet triumphe! Catharinam prælio fortem
orijs gloriosam, innumeris decoram laureis tuis quoq; victoriarum adoreis exorna
quam contra mundi satellites sensisti magnanimam ad ejus terrorem Odrisij
e in exitium, quod molliuntur insontibus impingant impetus: cujus Roma
Potentiam jugo subjecisti, ad ejusdem nutum post bellorum procellas pacis
cent alcyonia quum lauro è Sophis fallatiā argumentorum exarmatis ac
m è Maximini fracto furore uberrimè pullulante inumbrâsti sub
bra ejus tranquillitas publica conquiescat: cui præterea liberalissimos
lusi lactis suffecisti latices. eosdem nutriendæ studiosæ juventuti

4

quod à te quoque Martyr deposcimus ad sapientiæ virtutisque incrementum animis infunde Io triumphe Dixi

Institutio IV de Elocutione

Quemadmodum inventionem dispositio ita hanc elocutio consequitur quæ merito princeps Partium Rhetorices dicenda est, cùm parum sit acutè invenisse bene disposuisse argumenta, nisi eadem aptis verbis explicueris. Elocutionem Cicero definit eē idoneorum verborum et sententiarum ad inventionem accommodationem: quasi diceret ut elocutionem conficias Oratoriam non qualiacunque verba sed idonea, culta, sententiosa, figurata, et talia adhibe quæ inventa et disposita argumenta enucleatè auditori proponant, de his ego hic nihil agam, cùm jam in prima institutione aliquos modos proposuerim, per quos cultiores ~~modos~~ sensus ex rudibus venire possunt. Præsens igitur institutio hæc duntaxat exhibebit quæ concernunt elocutionem vel tanquam antecedenter scitu necessaria vel quæ in ipsa elocutione sunt servanda. Primi generis sunt characteres dicendi Partes elocutionis et illa quæ necessario observanda sunt Rhetori, antequam incipiat 2di generis sunt affectus.

Sectio I

Quid et quotuplices sunt characteres dicendi et quibus in rebus usurpandi

Per characteres dicendi intelligitur stylus oratorius varius pro rerum varietate aliter dictus IDEA Forma, Genus, Figura elocutionis. Communi omnium acceptatione tres numerantur characteres dicendi Summus, Mediocris Infimus,

Summus dicendi character vel ut vocatur ab alijs Sublimis Grandis Vber Magnificus Violentus Rapidus Vehemens, Gravis est ampla magnificaque in rebus magnis verborum et sententiarum forma, videlicet talis quam suspiciunt omnes et se assequi posse diffidunt vel ut Cicero definit L 4 ad Herennium. Stylus sublimis vel summus est qui constat ex verborum gravium magna et ornata constructione Exemplum pariter in Cicerone reperies tale nam quis est vestrum Iudices qui satis etc Mediocris dicendi character medius inter summum et infimum aliter dicitur temperatus æqualis et floridus; estque æqualis et florida in rebus mediocribus verborum et sententiarum forma vel ut Cicero definit loco citato est: qui constat ex humiliore non tamen ex infima et pervulgatissima verborum dignitate. Exemplum poteris ibidem legere quod incipit sic: Quibus cum bellum geritur.

Character dicendi Infimus, idem, qui humilis, tenuis, exilis, gracilis, est forma verborum et sententiarum ~~forma vel ut Cicero definit~~ loco citato figura ~~demissa~~ in rebus humilibus à communi et vulgari sermone parum

stincta. ~ quemadmodum Cicero eodem loco definit est figura demissa usque
usitatissimam puri sermonis consvetudinem tales sunt illius Epistolæ. exem
um ad hos tres characteres dicendi sit in ista propositione. In homine apparet DEI
eralitas et potentia. Per stylum humilem: homo qui à DEO animam et corpus
cepit, docet nos ut Potentem et liberalem eē intelligamus. Per mediocrem; Hominem
um effector DEUS corpore vestitum atque vitæ officijs instructum specimen suæ potentiæ
liberalitatis in terris eē voluit: Per sublimem: Homo animal multiplex
s admirabile à magno rerum authore conditum nervis colligatum connexum
nbris toto corpore, mirifico quodam consensu partium inter se dissimilium
cinnatum, spiritu intus vividum mobile an non sempiternæ illius majestatis
eralitatem testatur atque potentiam depredicat. Circa hos characteres dicendi.
ota primò sublimem adhibendum eē in rebus magnis de DEO Cœlo virtute homine
ublicâ et rebus similibus sermo instituitur officium istius characteris est movere,
ium verò huic oppositum summo dicendi stylo forma dicendi inflata; nam ut corporis
bitudinem bonam corrumpit sæpe tumor, ita sermonem Oratorium graviter vitat forma
cendi quæ turget, et inflata est tum videlicet quando verbis novis, priscis durè
olatis aliquid enunciatur. Hoc initium Cicero sequenti demonstrat exemplo: nam
perduellionibus Patriam venditat, non satis supplicij venditat dederit si Præceps in
tunias depulsus erit lacunas, pœnitet igitur istum qui montes belli fabricatus
et campos sustulit pacis.

do Nota mediocrem characterem dicendi adhibendum eē in laudibus panygiricis
torijs, triumphis et rebus omnibus quæ ad solam cognitionem et delectationem spectant
itium hujus styli est delectare, vitium oppositum: forma dicendi fluctuans et
oluta: Exemplum istius Cicero dat sequens: Socij nostri cum belligerare nobiscum vellent
fecto ratiocinati eēnt etiam atque etiam quid facere possent, siquidem suâ sponte facerent
non haberent hic adjutores multos et malos homines, et audaces; solent enim diu
itare omnes, qui magna negotia volunt agere. post quod subdit non potest hujuscemodi
o attentum tenere Auditorem diffluit enim totus neque quidquam apprehendens perfectis
bis amplectitur.

OTA 3tio Infimum characterem adhibendum eē in rebus humilibus comitijs contro
sijs in Epistolis etc. Officium hujus est docere, fides enim paratur verbis simplicibus
proprijs adeoque Orator hac in parte magis sollicitus eē debet de rebus quam de
rbis vitium oppositum huic characteri dicendi appellatur genus aridum et exangue
xemplum hujus est sequens hic tuus servus me pulsavit postea dixit hic illi consi
rabo, post ille convitium fecit et magis magisque præsentibus clamavit. Talis character
cendi ut apparet ē frivolus et illiberalis, nec adipiscitur quod debet consequi attenu
figurā puris verbis et electis.

NOTA 4to posse cognosci sit ne conveniens character dicendi rei assumptae hoc modo, si Oratio comparetur cum causâ et haec cum fine atque circumstantijs ad dicendum assumpta diversum exigit genus dicendi. Si docere vult Orator assumere debet infimum characterem dicendi etiamsi de DEO loquatur. Contra in rebus parvis si necesse est ut Auditor flectatur de summo aliquid afferendum est. Esto judicium de medioc[ri] charactere dicendi qui aut elevari, aut submitti pro necessitate debet. Rursus videndum, â quibus, ubi, coram quibus dicatur pro suggestu in concursu populi bene usurpatur summum genus in comitijs nobilium optime uteris Infimo genere. in funeribus, Genethliacis, nuptijs mediocris stylus locum habet qui vocem exilem et pectus Angustum habent frustra ad summum genus aspirat, cui debilis est memoria, et tarda loquela non affectet [illegible] floridi characteris. Haec monita sunt viri in arte Rhetorica versatissimi Patris Sigismundi Lauxmin proinde serio sunt mandanda executioni

Sectio II

Quot sunt Partes Elocutionis

Cicero L. ad Verrem tres partes elocutionis assignat Elegantiam compositionem et dignitatem quas singulas partes in quo nam consistant haec Sectio divisa in § indicabit

§ I

In quo consistit elegantia elocutionis ostenditur

Elegantia elocutionis est quae facit ut unumquodque purè et aptè videatur dici. Haec complectitur Latinitatem et explanationem. Latinitas est quae sermonem servat immunem â duplici vitio videlicet â solaecismo et barbarismo atque honestam consequitur orationis munditiem, unde imo Latinè is loquitur qui abstinet â verbis peregrinis et non apud admodum probatos Authores receptis: haec ex grammaticorum petuntur officina â qua profundenda forent accuratius Tyronum ingenia ne illi postea sermonis congrui expertes habeant se ridendos ut quondam ô infacetè lusit Ausonius ejusmodi farinae Rhetorem nomine Ruphum qui in carmine scripserat activa voce reminiscor

Reminisco Ruphus dixit in versu suo

Cor ergo versus imo Ruphus non habet

Ut olim legatus ille acceptus risu fuerat â Gravissimo coetu dum ex

um ex Anglia Romam veniens + coram Alexandro III summo Pontifice contra S Thomam Cantuargensem Archiepiscopum agens illud identidem repetebat Oratione opportuebat. 2do latine loquitur is, qui utitur latina construc ne, quamquam nonnulli Oratores Græcam quandoque adhibuerint constructionem nostratibus tamen illa abstinendum est utpote quâ licet uti magis poetis quam Oratoribus 3tiò latine is dicit qui ita loquitur ut ab Auditore in latino sermone versato intelligi possit ne hic necesse habeat cum pino aut Crapio ad Orationem venire id etiam requiritur ad explanationem supra secundam partem Elocutionis esse dixi nam cum hæc reddat apertam lucidam Orationem necessario constare debet verbis proprijs et usitatis tata sunt ea quæ versantur in sermone quotidiano, propria sunt quæ ejus e verba sunt aut possunt esse: hinc alia tum Græca tum cujusque gentis vocabula Latinis substitui citra vitium non possunt

§ II

Exponuntur nonnullæ elegantiæ in quibusdam partibus Orationis.

cultam latinitatem Tyrones condiscant elegantias ab Authoribus observatas quibusdam partibus Orationis p oculis et manibus habeant est necesse rum nonnullas hic subjicio et imprimis sint

Elegantiæ in nominibus

1o Eleganter adjectiva in substantiva commutantur ut deberes dicere magna ne est tua benevolentia cultius dices: benevolentiæ tuæ magnitudo extare e pluribus colligitur documentis Item loco istius, nulla tam modesta felicitas quæ malignos dentes vitare possit, sic cultius nullius felicitatis tanta modestia quæ dentium malignitatem vitare possit

Eleganter unum Substantivum alteri adjungitur ita loco istius Horatius les audacia sua cultius: audaciæ suæ miraculo obstupefecit

Quando substantivum ponitur cum adjectivo, eleganter adjectivum ponitur neutraliter Substantivo in genitivo posito VG ad ultimum inopiæ redactus est Cicero tali antia dicitur dicens alta mentium, profunda fluminum, aspera petrarum eravi

Nomina propria culte ponuntur in numero plurali pro appellativis quando simi sibi commemorare volumus ut prodeant hic Tully Oratores iò Rhetores et Philosophi

o loco adjectivi aut adverbij multum valde elegantius gradus

+

Comparativus sic loco juventus est multum insolens est insolentior

Sexto quando loco adjectivi simplicis vis habere elegantius vide cui applicatur et fac novum adjectivum ponendum loco prioris sic quia albus applicatur nivi et argento cultius dices niveus argenteus qm albus loco mollis dices cultius cereus plumeus laneus quia applicatur cerae plumae lanae. loco ruber: purpureus igneus loco durus saxeus ferreus: hoc tamen praeceptum non in omnibus valet

Elegantiae in verbis

1mo loco istorum verborum volo cupio cum particulis si et cum et infinitivo modo ponendum cultius est futurum participii sic loco cum velles orationem scribere, lege Ciceronem: Scripturus Orationem lege Ciceronem.

2do post verba moneo censeo melius ponitur conjunctivus modus sine particula ut moneo hoc vites.

3tio Verba nolo malo et his similia loco indicativi ponuntur in conjunctivo modo praesenti v.g. velim hoc facias loco volo ut hoc facias.

4to Verbum ignosco et alia quae cum dativo personae ponuntur melius loco istius cum dativo significante culpam collocatur ut ignosce brevitati literarum mearum qm ignosce mihi ob breves literas

5to quando duo verba activa uni nominativo per conjunctionem copulantur venuste efferuntur sine conjunctione primo verbo commutato in participii temporis praeteriti sic loco istius Senatus Romanus et comprehendit Catilinam et ablegavit: melius comprehensum Catilinam ablegavit in exilium

Elegantiae in pronominibus

1mo loco aliquis eleganter ponitur in principio qui v.g. sunt qui mecum sentiunt loco aliqui 2do qui eleganter ponitur pro quomodo

3tio illae propositiones in quibus deberet esse relativum cum verbo futuri indicativi omissa relativo et verbo in participium mutato ornatius efferuntur v.g. loco istius: quaere nomen quod perennabit cultius dices: quaere nomen perennaturum

4to Quando duo nomina substantiva in principio propositionis posita deberent in fine repeti supplent vices illorum culte hic et ille ita ut hic ad posterius ille ad prius referretur E.G. Cicero et Scipio immortalem sibi gloriam pepererunt hic fortitudine ille eloquentia 5to pronomen ille eleganter ponitur nominibus propriis ut magnus ille Alexander univers. domitor orbis

Sexto Pronominibus sui sibi se et suus non omnis sed quisque adjungitur ut suum cuique pulchrum est non omnium

Septimo Pronomen tuus suus eleganter ponitur substantive loco familiaris aut amicus. ut Catonem tuum mitte ad me loco familiarem.

Elegantiæ in Præpositionibus

Imo Præpositio à a ab cum nomine posita eleganter ponitur loco alicujus substantivi ut à Consilijs à literis à secretis à Sacris loco consiliarius Magister Secretarius Capellanus à comentarijs à libris loco Amanuensis à confessionibus loco Confessarius.

2do Præpositiones cum nomine positæ ponuntur loco adverbiorum V.G. à tergo pro retro: de more pro more, loco usitatè: de ex cum industria loco sponte: e vestigio pro statim: in integro pro integrè.

3tio Una præpositio ponitur pro altera ita cultius ex pacto quam juxta pacto ex sententia res cessit loco juxta sententiam pro rostris ex suggestu ex cathedra in aurem loco ad aurem dixit in dotem loco pro dote accepit ob oculos ponere loco ante pro virili parte loco juxta vires pro templo stat loco ante templum pro foro est loco in foro ad fluvium loco penes fluvium è Regione è ex opposito secundum epulas loco post prandium secundum quietem apparuit loco in somnio.

§ III

In quo consistit compositio dictionis et ejus dignitas.

Compositio juxta Ciceronem ad Herennium est verborum constructio quæ facit omnes partes æquabiliter perpolitas et ut alij est structura partium Orationis quæ spectatur 1. in verborum connexione ne quid præpostere, vaste aspere obscure dicatur 2. in distinctione singulorum inter se, quæ distinctio fit commatibus membris periodis. et denique in numeroso verborum ambitu, quæ tria maximè necessaria sunt Oratori nam etsi eleganter dicat nisi curaverit concinnam compositionem, multum jucunditatis orationi decedet. Porro in praxi hæc faciunt compositam Orationem.

Imo Apta vocalium et consonantium collocatio quæ abest quando fit concursus earundem vocalium et consonantium aut quando vocalis eadem inchoat dictionem quæ præcedentem terminabat ut Amplissima actio oritur

2do Prudens et rarior usus similiter cadentium Antithetorum Isocolorum seu parium; dixi rarior usus quia nimius et frequens corrumpit gravitatem orationis

3tio Usus particularum certarum quæ ab authoribus initio dictionis ponuntur tales sunt sequentes conjunctiones ac neque vero, jam vero neque hoc tempore et

Item deinde nunquam non ego dico, non ego credo. Monet hoc loco Cicero inquiens fugere oportet longam verborum continuationem quæ et Auditoris aures et spiritum Oratoris lædit. His itaque ad compositionem elocutionis spectantibus observatis facile 3tia pars elocutionis quæ consistit in dignitate consequetur, jam verò dignitas elocutionis est quæ ornatam reddit orationem et varietate sententiarum phrasium cultarum distinguit.

Sectio II

Quid observandum sit antequam dicere incipiat Orator

Si ubi Annosiores etiam Rhetores subinde hallucinantur profectò sæpius in hac parte videlicet quando aut materiæ aut personæ quam formant agunt aut Auditori cui dicunt minus convenientia in medium proferunt quamvis enim constet qumlibet Rhetoris dictionem bene ee instructam bonâ inventione aptâ distributione aut dispositione idoneâ locutione nemo tamen negat quemadmodum diversas ee materias et personas tum dicentium audientium ita juxta varietatem faciendam ee elocutionem alio enim charactere dicendi utitur Rex alio rudis agricola alio vir Grandævus, Adolescens alio uti debet prout aliter dicendum de gravibus Reipub: negotiis, aliter de re familiari, aliter de Senatu, aliter in consessu privato quæ omnia non nemo videt Oratori necessaria proinde inter primas curas quisque persuadeat sibi id habendum ut nimirum antequam de aliquâ re loqui exordiatur reflectat se ad sequentia puncta scilicet quis quid cui dicturus est.

§I

Quædam notantur circa particulam quid.

Simul atque calamum sumpseris vide quid dicere intendas an laudare an vituperare suadere aut dissuadere velis et hoc à Rhetoribus dicitur quæstio, intentio, Status causæ constitutio 2dò intentionem tuam designa verbis proprijs obvijs et cultioribus 3tiò si est propositio simplex huic soli probandæ Argumenta seu rationes annota breviter, desumptas ex locis dialecticis intrinsecis et extrinsecis si verò propositio mixta fuerit aut composita in tot partes divide quot in illa occurrunt et seorsim qumlibet probabis vel simul, si materia partis unam partem dabis pro ratione alterius, id passim contingit quando aliquis vult simul laudare et [illegible] salutare 4to rationes fundamentales dispone per Syllogismum Enthimema: de quo habes supra. 5to materiam servatam eloquere tribus servatis partibus elocutionis scilicet eloquentiâ compositione dignitate.

Ubi circa stylum hæc observa: si dictio sit instituenda in re gravi verba quoque gravia similesque sensus ee debent, elocutio magis membratica quam periodica plurimum conducet ad expressionem talis rei. Si obvia materia et familiaris fuerit Argumenta etiam obvia ee debent. Elocutio verò constabit tropis et figuris usitatis. Humilem materiam magis describendo

[...]tionibus illustrando tractabis. Laeta rei argumenta festiviora, verba florida [...]pi et figurae audaciores periodi ampliores deserviunt. Res tristis rei descripti[...] [...]bus dolorosam imaginationem facientibus venuste tractatur adhibitis figuris affectus movendos aptioribus ut sunt Interrogatio Apostrophe Exclamatio Inter omnes materias pleraeque sunt quae vel probatione vel demonstratione vel exaggeratione [in]digent. Probatione illae dicuntur indigere in quibus maxime exponuntur incerta [c]ujus rei pericula, merita, praemia, successus, clades. illae requirunt exaggerationem [quae] factum Heroicum vel facinus immane complectuntur aut quae vel ad majorem [lau]dem vel vituperium magis attolli debet.

§ II

Quaedam notantur circa particulam quis.

[Ha]bita notitia tuae propositionis quis sis, qui aggrederis dictionem id est cujus personam [...]n sustines in orando alius enim modus et stylus in una eademque materia est [ad]hibendus militi, alius studioso literarum; alius viro maturo alius juveni. Unde [N]OTA Imo si res agitur a persona gravi illustri et matura cavendae sunt affecta[t]iones verborum, lusus in iisdem et conceptus leviores Sententiae adhibeantur gravi[...]s tam authorum quam propriis, afferantur argumenta gravia desumpta ab Exemplis [...] antiquitate et propria experientia demum affectus debent esse temperati et stylus [...]e ostentatione

[N]OTA 2do si juvenis sustines personam in dicendo qui necdum scholis egressus est [no]n erit vitium si cum artis et ostentatione verborum non tamen nimia et obscura cu[m] [con]ceptibus tropis figuris immaturioribus in publico compareas. si vero quantum [...]s juvenis te ad materiis et styli politici maturitatem componere velis, imitaberis [vi]ros graviter loquentes cum hoc tamen ab illis discrimine ut tibi stylus [f]loridior, periodorum accuratior forma affectus et figura frequentior, sen[ten]tiarum eruditionum exemplorum usus liberalior quam viris solet permitti concedatur [H]unc ipsum modum tenebis, si juvenis Aulici egeris personam, ubi conniteris [ill]am orationem reddere immunem a praeceptis palam scholam sapientibus [...] cognita facile sibilis aulicorum excipitur.

[N]OTA 3tio si militis personam agis stylus et res non absimilis aulico erit [ni]si quod in verborum collocatione stylus magis concisus nervosus et figurarum [to]nantium ferax debeat esse Porro figurae hoc loco illae dicuntur sonantes [...]l exemplis militaribus imo et ab experientia propria petitis abundant [...]ine etiam sume propositionem formandae dictionis a nobili persona

§ III

Quaedam notantur circa particulam Cui

Quemadmodum varij sunt Oratores ita quoq varij sunt auditores quorum non minus auribus quam genio debet Rhetoricus sermo accommodari Itaq ante suam dictionem videat Orator, cujus sunt illi conditionis aetatis nationis coram quibus dicturus est.

Iuvenes. Circa hos in praxi nota primo locuturus coram juvenibus eorum genio stylum et argumentum dictionis conforma nam cum hi ingenio magis polleant quam judicio magis quoq novorum sunt appetentes quam veritatis, frequentius honesta jucunda pulchra magis aestimant, quam utilia, talibus proinde dicturus ejusmodi conquire rationes quae non tantum veritatem exhibeant sed majori ex parte inclinent ad plausibilitatem quod solet sequi ex coacervatis eruditionibus [eruditionibus] hystorijs Symbolis rationibus sententijs in quibus adferendis plus breviter quam prolixiori sermoni apud tales Auditores locus invenitur

Viri graviores. Nota 2do dicturus coram viris gravioribus medium tenebis, tum abstinendo a verborum flosculis conceptibus levioribus hystoriarum coacervatione tum haec duntaxat adferendo, quae maturo judicio et prudentiae hujusce modi Auditorum ideoq congrua argumenta conquire, et efficacia, et stylum nec nimis simplicem nec nimis elatum adhibe

Senes. NOTA 3tio dicturus dicturus coram senibus cave ne experientiam illorum quam Apollinis loco venerantur ladas adferens illi aliquid contrarium memor illius Horatiani distichi

Difficilis querulus laudator temporis acti
Est pueri censor castigatorq minorum.

Nota 4to quod attinet ad nationes apud quas Orator dicturus est studeat suam dictionem conformiter moribus illorum tractare Ideoq hic mores nonnullarum gentium subjicio.

Itali. Itali qui natura sua sunt exquisiti Ingeniosi, astuti, Suspiciosi offensae tenaces Imperiosi, suae Patriae Libertatisq Amantes lucri Induruq facile moveri possunt oratione accurata, circumspecta, polita, argumentis ab utili et honesto ductis instructa.

Galli Galli qui natura sunt apertiore et Ceu certim in exteras liberali fervientes Imperiosi suae Patriae, Libertatisq amantes Orationi dediti libenter accipiunt Orationem figuris et sensibus acutis, argumentis a jucundo et honesto ductis expolitam.

Hispani Hispani qui sunt natura serij ad summa et divina contemplanda nati

...iti proprij judicij tenaces feroces in bellis, nonusq adeo exquisito verborum ...atu delectantur. ideoq dicturus Orator illis vi argumentorum instructam ...tionem habere debet.

...ermani ex his tribus nationibus æquali ipsæ partitione naturas imitantur ...gularum gaudentq Oratore sermonem proferente cultum verbis conceptibq ... rerum varietate accomodant aures stylo magis succincto quam amplitudine ...borum tumenti. Germani

...gari feroces tumultuosi studijs pœsertim severioribus exculti latino, non secus ... familiari sermone utuntur Ingenio difficiliori, judicio suorum non tenaces ...stimatores tamen eximij ab antiqua gloria suas hodiernas ærumnas solan... Libertatis etiam sub jugo Turcico retinentes, his ferocior et audacior ...borum sententiarumq modus placet. Hungari

...olonis quinam dicendi modus placeat non citra negotium potest definiri nisi ...isquiam dixerit placiturum omne quod optimum solis enim Polonis id laudis ...buitur ab alijs gentibus ut quemadmodum Hispanus Theologus Italus Philoso...us Gallus Poëta Germanus Hystoricus ita Polonus Orator dicatur. Quare ...icta breviter occasione et necessitate feceris familiaria facile te omnium gentium ...mo accommodabis. Poloni

...m Turcis vero Tartaris Moschis Cozacis ut pote barbaris ferocibus subdo ... quodq caput majus est, rudibus pugnandum magis videtur quam coram illis ...randum. Quodsi etiam Orator cum his volet aut debebit agere, animosum ... majestatem quadam gravem sermonem adhibeat, rationes apparentes et ...ari palpabiles adferat his enim Barbarus flectitur: Apud hos verba ...pria clare rei naturam exprimentia pro figuratis et translatis valent. Impri... vero hoc auditorium capit adagijs Exemplis, similitudinibus etc. Turcæ Moschi Tartari Cozaci.

De quibusdam affectibus in oratione eliciendis.

Nullibi Orator magis triumphat quam in hac parte in qua et leni affectu ...res demulcet et vehementiore detonat utq ille Cythararædus qui simul moerore ... cantica animum sui Regis afficiebat Ita Orator affectibus eloquentia ...tructus pari successu mentes auditorum captivat. Interim nonnulla hic pro ...da promitto.

NOTA primo si quis velit persuasos habere auditores se ipsum conetur ... primis convincere et quam veritatem ab alijs cupit cognosci eam ipse prius pene...t, defectu hujus practicæ cognitionis Orator laborans præsertim in materia

Sanc

Sanctiore parvum v exiguam in audientium animis progignit

NOTA 2do materias in genere deliberativo et judiciali item in politicis deliberationibus plurimum confirmant argumenta ducta a causa finali ab effectibus, contrariis, simili, comparatione, exemplis, aliisque circumstantiis quae indicant v necessitatem v periculum rei assumptae ad dicendum

Nota 3tiò rationes quae quandam gravitatem praeferunt non debent nimio verborum apparatu v conceptibus quantumvis acutis exornari quia fit passim ut hoc modo robur argumentorum extenuetur et cum Orator hac ratione suam commendare eruditionem satagit, Auditorem obscurat.

Nota 4to dictas proximè materias efficacissimè et cum fructu promoveri adhibita exaggeratione et apta affectuum excitatione (de qua mox) brevi intimato modo formandae exaggerationis.

Judicio omnium Rhetorum exaggeratio rei alicujus in hoc sita est ut res ita ob oculos ponatur, non solum quemadmodum illa defacto aestimatur et in periculo versatur, verum etiam quomodo potest aestimari, et discrimen subire si quis itaque practicè velit rem exaggerare videat illius circumstantias quae notabilius vitii et virtutis hujus amplectendae illius vitandi necessitatem proponunt, nomine verò circumstantiarum intelligitur omne id, quodcunque habet combinationem cum tua materia quam vis exaggerare VG Suades Amico diviti ut sui consanguinei inopiam stipe sublevet liberali et hoc intendis illi persuadere accipe aliquas circumstantias ad rem exaggerandam ductas a persona nimirum Dives Amicus indigens quarum singulas expendes, et imprimis hanc vocem Amicus exaggerabis dicens verae et sincerae amicitiae eam esse legem ut quemadmodum illa in sui suarumque rerum communicatione amicis consistit, magisque alienum quam proprium commodum intuetur, ita omnem suam fortunam, situmque in opibus elocet quatenus amici sublevet sortem inclinatam 2do hanc vocem Dives exaggerabis si ostenderis in particulari quae opes, quae affluentia rerum quae copia proventuum non solum necessariorum adsit amico adeoque possit hic absque ullo dispendio, liberaliter indigenti ex recensitis facultatibus non nihil suppeditare. Demum vocem Indigens fusius explicabis, si indicaveris qua ratione ad quam egestatem quam amissis opibus cum qua praesenti confusione amicus devenerit, faciliùs verò, praevidebis si indigentiam ipsam per prosopopoeiam describes ab Amico subsidium implorare. Ex hoc Exemplo collige quid agendum sit in aliis exaggerandis materiis. Sed jam quod attinet ad affectus Adverte affectum in oratione nihil aliud esse nisi quendam motum animi ex occasione alicujus eventus in

nobis excitatum, hic motus plane est illi similis quem nobis connaturalem ipsa
experientiâ discimus nam si v.g. hostis iminere videtur statim in animo pavorem
sentimus si verò injuriam in quibusdam bonis patimur mox indignatione commo
vemur. Dicitur vero Connaturalis ideo hic modus quia à vitiato appetitu
concupiscibili seu irascibili qui uterque est insitus proficiscitur, partim
excitatus foveatur voluntatem vehementissimè inclinat ad id faciendum
quod hic motus naturaliter exigit. ita postquam rumor venientis hostis
animum consternavit illicò etiam impellit ad fugam vel si vehementi indignatione
percussa fuerit statim ad vindictam et cedem animum urget impotentem
Hunc naturae cursum imitantur Oratores eò quod tunc temporis Auditor persuadetur
quando Orator affectibus quasi quibusdam vinculis captivam trahit illius volun
tatem ad assensum. Praecipuum vero observandum est ut convenientes naturae
affectus eliciantur, ut sciatur ubi vehementior ubi lenior affectus sit adhibendus ut vero
haec materia doctrina de affectibus commodius in praxim deduci possit Ante praecipuos
affectus proponam deinde modos cum Exemplis adhibebo. Affectus praecipui nume
rantur sequentes Amor qui est propensio animi in rem bonam, hic sub
dividitur in benevolentiam, quâ volumus rem alteri bonam, et concupiscentiam
qua volumus nobis bona Odium est affectus oppositus priori, vocaturque
aversio animi à re quae est vel aestimatur nobis mala. Desiderium est appe
titus boni absentis. Fuga opposita desiderio est aversio animi à malo
eodem absente sed iminente. Laetitia est exultatio in bono praesenti
Tristitia opposita illi est dejectio animi ob praesens malum. Spes est erectio
animi in bonum arduum absens. Desperatio opposita illi est dejectio animi
diffidens se obtinere posse bonum vel evadere iminens malum. Audacia
est erectio animi ad mala ardua impendentia superanda. Timor oppositus
audaciae est trepidatio animi ex mali noxii et impendentis opinione orta.
Ira est inflammatio animi dolentis ob contemptum, expetentis vindictam.
Horum affectuum duplex radix assignatur videlicet Appetitus Concupis
cibilis et Irascibilis. ad Irascibilem revocantur 6 Odium Fuga Tristitia
Desperatio Timor Ira: ad Concupiscibilem revocantur 5 Amor Desiderium
Laetitia Spes Audacia.
Modus excitandorum affectuum hic est Amor excitatur explicatione bonitatis
rei repertae de quâ agitur. Bonitas vero consistit tum internis tum externis qua
litatibus et donis naturae sic v.g. in homine morum suavitas conversationis

conversationis Comitas, Amoenitas, fidelitas, Liberalitas, Humanitas et caeterae virtutes. Item Scientia, rerum peritia, Robur, Forma sunt internae qualitates. At vero Opes, rerum affluentia, Amicorum nobilium multitudo vocantur bona externa, ut Ergo in Auditore amor alicujus rei excitetur expendendae sunt similes bonae qualitates, et maxime exaggerandae circumstantiae, quae rei utilitatem, jucunditatem, honestatem proferunt.

Odium excitatur vitiorum exaggeratione, maxime illorum quae ordinantur ad malum et perniciem, vel unius hominis, vel totius communitatis, qualia sunt insinceritas, fraudes, contemptus aliorum, injustitia, crudelitas, factiones, proditiones. Ex hoc fonte derivavit Olim Cicero invectivas In Catilinam, Verrem, Antonium, Clodium et caeteros, per illas reddendo perfatos cives Romanos non Orbi duntaxat notos sed odibiles. Ordinaria vero radix unde potest pullulare affectus odii, est viva ob oculos positio turpitudinis, vilitatis, inhonestatis, damni, poenae et caeterorum in aliqua re quae vituperatur reperibilium.

Desiderium in animis generosioribus honestate magis quam utilitate rei absentis quae desiderari potest excitatur: in abjectioribus contra mentibus promovendis ad ejusdem rei desiderium plus potest utilitas quam honestas. Ad hunc affectum plurimum conducit apta rei desiderandae descriptio.

Fuga excitatur proposita rei absentis, quae vitari debet, infamia, periculo, incommoditate, poena et caeteris.

Laetitia excitatur si prius praemittatur quaedam aestimatio rei quae oritur vel ex comparatione status praesentis cum misera aliorum conditione illa re carentium de qua gaudere tendis auditorem, vel ex demonstratione praecipuarum qualitatum conjunctarum cum honestate, utilitate rei quae potest laetitiam ingenerare. Ad hunc affectum conducit tum styli tum descriptionis ratio amoenior.

Tristitia magis lenienda quam excitanda, nisi dextere primos contristatos erigas in spem adipiscendi gaudii; excitatur vero iisdem modis quibus odium lenitur, quod fit ostendendo communem hanc conditionem quibusque esse. Atque ita v. g. posses hoc modo lenire tristitiam quam aliquis sustinet post obitum sui Amici.

Spes excitatur proposita dignitate, utilitate, magnitudine, fine ad rem acquirendam, facilitate quae elicitur ex propriis viribus, industria, Experientia, multorum subsidiis, DEI Amicorumque favore, et e contra ex obsistentibus viribus exiguis, parva industria.

DESperatio excitatur contrariis rebus quae ad spem eliciendam conducunt, et tales sunt res immediate propositae de excitanda spe.

Timor incutitur timendi

51a

[a]uditoribus quando mali gravitas periculi magnitudo virium imbecillitas certitudo
[i]nstantis discriminis, immanitas et potentia eorum, qui malum inferunt, insinuantur.
Hic possunt referri sinistra signa, prodigia omnia quae rem aliquam p[rae]cesserunt aut
[ac]cedunt. **Audacia** excitatur quando vis malorum impendentium extenuatur Item q[ua]ndo
[bo]na causa, favor caelitum, amicorum subsidia, secundus rerum successus appro-
[b]untur. **Ira** denique accenditur in audiente si injuria contemptusque gravis q[ui]
[h]em facit exultare explicatur. Porro **Injuria** sequentibus circumstantiis adduc
elevatur nimirum quod sit illata illustri personae absque causa et ulla culpâ
[...]ias a personâ abjectâ et quae gratam se debuit exhibere in praesentiâ multorum
[...] fraude et maledictis sine ignoratione sed destinatione ulteriori. Ira olim cum
[re]x Francorum Clodovaeus illatas injurias a Judaeis audisset Sanctâ incensus
[iracu]ndia in haec prorumpit verba: O si mihi cum Francis meis pro tunc vivere
[lic]eret tantam injuriam quovis possibili modo irem vindicatum. Exemplum
Affectui Irae opposita est **Mansuetudo** seu Clementia huic officium est animum commotum
[q]uietem componere. Porro **Clementia** excitatur in audiente si injuria extenuatur
[i]llata dicatur ex officio ac **Zelo** religionis studio corrigendi primo impetu
[...] mala informatione aut errore. Huic affectui **Misericordia** opposita est cognata
[...] inclinatio animi dolentis versus quempiam afflictum: Excitatur exaggeratione calamitatis
[...] ex malis fortunae corporis et animi. Item commemoratione pristinae fortunae, florentis
[...]a qua affligitur dignitatis Eloquentiae Innocentiae quae omnia commode praestantur per Hypo: et Apos:
Pro Coronide hujus doctrinae de Affectibus eliciendis nota duplices esse affectus
[...]rum alios Ethicos alios Patheticos: **Ethici** sunt illi affectus qui cum aliquâ doctrinâ morali
[le]nem, jucundum, moderatum imprimunt motum animis audientium. **Pathetici** vero
[affe]ctus sunt illi qui adinstar fluminis vel concitati torrentis erumpunt potissimum
[...] iram odium invidiam metum commiserationem etc. Hujus secundi generis affectus plurimum
[...]t rerum viva descriptio et accurata rei alicujus partium enumeratio Hanc olim
[...] secutus fuisse methodum Aristides qui Smirnae vastitatem belli calamitate Exempl:
[...]ncitas redactam adeo vivis coloribus effigiatam Oratori Antonio Imperatori exposuit
[...] hic oratoris permotus facultate dicendi in uberes ierit lachrymas. Porro
[...] fati Aristidis sequens eversae Smirnae fuit Pathetica descriptio. Jacet Smirna
[orn]amentum olim Asiae tui decus Imperii (sublatis ornamentis in particulari eversis
[...] subinfert) Aedes omnia sunt in cinere clausus est portus ille, perierunt fori
[orna]menta collapsa **Gymnasia**, jucundissima Urbs facta est luctuosum spectaculum
[...]natum et cadaverum tumulus olim floruit nunc desolatam perflant Zephiri.
[Q]uanquam patheticos affectus promovent etiam efficaciter rerum adjuncta exposita
[q]uia sunt aetas, locus, modus rei gestae, bona fortunae et corporis, Ex hoc

fonte

non solum duntaxat Rhetores sed et ipsi Poëtæ affectuum argumenta desumunt Ita Vatum Princeps Virgilius à similibus adjunctis vehementiores ducit affectus lib 6 Æneidos ab ætate.

Heu miserande puer siqua fata aspera rumpas
Tu marcellus eris manibus date Lilia plenis
Purpureos spargant flores animamque nepotis
His saltem accumulem donis.

Item à loco et tempore

O nimium cœlo et pelago confise sereno
Nudus in ignotâ Palinure jacebis arenâ

Item à modo rei gestæ

Volvitur Eurialus letho pulchrosque per artus
It cruor inque humeros cervix collapsa recumbit
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens lassoque papavera collo
Demisere caput etc

Item quispiam à bonis fortunæ et corporis in obitu Isabellæ Imperatricis

Ergo peris Auguste nitor soliique voluptas
cui tumido sanies amne recluris iit
Sic niveum cervicis ebur sic lactea colli
Fluxit hyems viva sic periere genæ
Os illud quod verna charis sirenque regebat
Officio linguæ dispereunte tacet
Dulcia quas nuper pascebant basia malas
His putris sanies et gravis horror inest

Exempla solutæ orationis Patheticæ ex hoc fonte adjunctorum suppeditabunt accuratè lecta Rhetorum bonorum monumenta

Corollarium

Nonnulla de Stylo succincto seu Elogiastico proponuntur

Pro coronide Institutionis de Elocutione subjicio hic doctrinam de Stylo succincto seu Elogiastico idoneo ad exequendas laudes Illustrium personarum qui character dicendi passim nunc adhibetur in panegyricis; raro enim illorum in lucem prodit publicatio qui Elogio careat porrò ut commodius præsens doctrina exponatur ad quæstiones aliquot redigenda videtur. Itaque

Ex 1mo quid est elogium quo ad nomen? Ro idem quod laus quævis in commendationem alicujus personæ adhibita.

Ex 2do quid est elogium quo ad rem Ro est Oratorius discursus, sententiose et acute quibusdam non tam metricis versiculis quam de sensibus succinctis et concisioribus in laudem alicujus conscriptos Unde

nos jure merito publica et privata propagati in filio sanguinis desideria
cipere ubiq; locorum allaborabunt.

liens Valedicturus Benefactori 1mo in Exordio pro beneficijs quæ brevissi
e innuet gratias referet 2do in Confirmatione eadem beneficia amplificabit
um promissione gratitudinis 3tio in Conclusione petet veniam de admissis
defectibg tempore clientelæ pristinoq; se benefactoris commendabit favori

Praxis Valedictoria Benefactori

gre à Tuo conspectu optime Mæcenatum avellor cum tuam in me pietatem
beneficia repeto memoriâ quorum Ego ne ingratus audiam in hoc ce meo
eo abitu non quas debeo sed quas possum, benevola mentis interpretes, grates rependo. Crescet
posterum honor bene merentis ac pretiosa clientis inopia eam studebit in sinum beneficum
æcenatis promptitudinem obsequiorum conferre, quam jure merito tua singularis in me liberalitas
semper vendicatura. Tu quidem beneficentiæ fontes nemini clausos esse pateris, sed in me præterea
piosis adeo alveis derivas ut minime videat illis aliquando solvendis. Haud tamen unquam
mittam ut Tuæ munificentiæ desim, eâ quâ licebit, licet per exiles vires, respondere gratitudinis
gnificatione Dabis verò veniam levioribus clientelæ annis qui sæpius tuam excandescere
enevolentiam inconsultâ fecerunt temeritate, posthac accuratius exequendo, quo grati mei erga
officij fore intelligam adnitar pro modulo ætatis tenerioris fragilitatem expiare.

Discipulus Valedicturus Præceptori ita suam poterit disponere valedictionem 1mo dicet tristem
ibi hunc esse recessum à Præceptore. 2do dabit rationem hujus tristitiæ, scilicet: quod ab eo discedat
quo per institutionem multa beneficia percepit 3tio pollicebitur pro illis fore gratum commen
bitq; se pristino favori benevolentiæq; illius.

Praxis valedictoria Præceptori

Tristis hic mihi atq; per acerbus non potest non accidere à Tuo conspectu abitus Præceptor colendissi
e. cum enim à sedula institutione tua derivatam in me beneficiorum amplitudinem hodie
ecum ipse reputo necessitatem semper tecum manendi quatenus præsenti præsens continuam testarer
ratitudinem animadverto. Et Ego quidem si per nutum paternum liceret haud illibenter standum
oc consilio existimarem nunc verò aliam vitæ rationem genitorum arbitrio mihi destinante
a parandus est à Tuo latere discessus ut uterq; nostrum absentiâ mutuâ sibi ereptus utrumq;
abhinc mutuo desideraturus. At nihilominus in hac gemina corporum adinvicem se
ratione animorum reciprocam spero unionem, me ubiq; locorum tibi dignissimo Præceptori
d fore semper cordis polliceor gratum permansuro te verò pristinam mihi discipulo benevo
ntiam quam supplex etiamnum posco nunquam imposterum denegaturo.

Responsoria ad has tres valedictorias hæc communia habeat præcepta 1mo in Exo: Parens
benefactor dicet jucundam esse hanc beneficiorum suorum recordationem aut dolorem expo
t quem habet ex futura absentia filij, clientis etc 2do in confirmatione breviter laudabit
bos mores filij, clientis etc. adjiciens ne sibi vitio vertat si qua in re molestior illi
erit 3tio in conclusione adhortabitur ad rectè instituendum reliquæ vitæ cursum et commen
bit se ipsius amori et pollicebitur se ipsius fore memorem.

Praxis Responsoria ad priores valedictorias.

ecisti satis probi et grati clientis etc officio cum meis meritis majus apud me pondus et æstimas
m reperias quam possint illud pretij genus exigua et pauca beneficia vendicare, Superi diu

hanc in te foveant pietatem eventus felix in tuis posthac optimis moribus
meum comprobet affectum et desiderium. Habeo jam tandem quod mihi gratuler de
tam ingenuo cliente multumque gaudeat de honestâ de tam honesta nae et liberali
Meum verò imposterum amorem et benevolentiam in testem tuae virtutis et probitatis
ubique locorum expetis habere utrumque istud favoris in documentum viae fidei
fidum socium Isto tibi semper adeo hodie decerno Tu interim in Eo studium omne elocatis
ut ad quod unicè vota mea respiciunt illud mire quotidie eluceat amplissimis virtutum
auctum incrementis.

SECTIO III

De valedictionibus familiaribus

Quemadmodum supra dixi salutationes obvio affectu Authore commodius posse fieri
quem adminiculis praeceptorum; ita sentio hoc ipsum de valedictionibus familiaribus
natura tamen affectus ~~ad~~ traducere ~~affectum~~ ad artificium hic placet Quare vale
dicturus amicus Amico haec praenotata puncta potest habere Primò restabitur dolorem
quem percipit ex abitu suo ab Amico. 2do desiderium explicabit quo dicet se
nolle ab Amico separari 3tiò causas adducet sui abitus 4to concludet affectu vel
gratiarum actionis pro benevolentiâ vel petitionis ut erga absentem quoque pristinum habere
continuet favorem quae doctrina 4 his punctis contenta pro commodiore Elocutione l[24]
ad 4 syllogismos redigi.

1mus quantum Laetitiae ex amicorum consvetudine percipimus, tantum etiam tristitiae
ex mutua separatione sentimus Atqui Ego maximam hactenus de tua necessitudine
cepiam Laetitiam Ergo tristitiam ex separatione sentio.

2dus omnis boni maximam jacturam gravi sensu excipimus, Atqui ego maximam jacturam
maximi boni subeo dum â tua praesentiâ separor Ergo gravi sensu eandem jacturam excipio.

Tertius si familiarium consvetudo ultra conspectum se pateret non deberemque abitum
eorum molestè ferre. Sed haec consvetudo ultra conspectum se explicat Ergo praesens
Amici sejunctio non est aequo animo toleranda.

4tus Eam obtinuit et probavit legem amicitia ut intimum sibi non minus oculis
quam animis circumferret Atqui amicitia inter nos intercedit ergo non oculis tantum
sed etiam pectore circumferam ubique locorum Et haec est rudis valedictionum
dispositio Jam verò quod elocutionem concernit ejusmodi materia sit

Praxis I valedictoria.

Hominem plane illos exuisse censuerim qui amicorum disjunctionem non intime sentiunt
animo. Indivisa enim verò haec est mortalium Umbra, quae nos etsi semper in charissimorum
abitu comitatur Id ipsum Ego hodie magno cordis mei sensu experior quando â Tuo
latere urgentibus negotiis alio avocor, an rectius ab eo avellor cui strictissimo
amicitiae nexu conversationeque longè gratissimâ conjunctus vixi At vel inter moeroris
argumenta non sterilem reperio causam gestiendi proprii videlicet candoris tesseram
qua obstrictus teneor te M D ceu coram pignus amoris memoriâ ubique circumferre id
ipsum mihi ad te praestandum confisus cui quemadmodum felicissima quoque in abitum
precor ita reducem ad amica limina eodem, quo alio proficiscentem comitabor affectu
velim remeare

Responsoria.

Tandem ex hoc mutuo praesentiae nostrae divortio colligo quantum adeam hilariori

...tæ dispendium sed grates immortales habeo bonis cœlitibus quod parem utrinque jacturâ
qualia utcunque sint pensatura solatia è reciprocâ utriusque nostrûm memoriâ imposterum
... ravandâ ibis namque ingenuæ Animæ quo te justa modo evocat ratio negotiorum
... non absque viarum arbitrio socio vitæ, comite tuo profectionis. Sequar ego Amicum abe-
... tem quantò longius, tantò studiosius et quocunque tuam præsentiam tuleris, eò nobiliore
... parte, mente nimirum tibi faventissimâ me adhærentem sis habiturus. Tuæ verò huma-
... tatis erit, sequentem Amicum benevolentiâ complecti quem olim in tui pectoris Augustale-
... tam hospitem quam inquilinum admisisti. Superos interim benignos precor quatenus te ad
... meam conservent incolumem quatenus te ad vota mea et præstent aliquando ut cui
... non citra mœroris sensum vale occino eidem reduci lætum salve obviam expediam

Praxis II Valedictoria.

Ea semper animi mei fuêre desideria ut servata per inviolabile necessitudinis sacra-
mentum amicitia, nullâ unquam ab amica consvetudine arceretur sejunctione. Verum quia
... hodie supremæ mihi mentis arbitrio imposita sit itineris suscepti lex et ratio providentis
DEI. non abludo consiliis à tuisque charis ita recedo liminibus ut ubivis terrarum arcta amoris
... junctio me tuum intra primos, amicæ conversationis arbitros semper sit numeratura.

Responsoria.

Scio hodie Ego divortia amicitiæ esse vulnera ab eodem nihilominus fonte redundat
... dela unde manavit dolor cum te providentis DEI arbitrio præsentem amitto ut absentem
desiderio expetam vehementiore. Rectè enim novi cum Romano Sapiente non in atrio
amicum versari sed hospitari in animo, Hospitem certè te amicabilis consque colet affectus
nec quem subtrahis præsentiam tandem dolenti offeras ejusdem non minus liminum quam cordis
... cola imposterum mansurus.

Praxis III Valedictoria.

Quantum de tuo in me favore MD sentiam, ambigeres nisi quem sincero affectu
amicitia junxerat præsentem absentem etiam circumferret. Atque sic Ego quidem hodie
... cedo ab oculis sed ut intimus tibi sim semper animo: divellor à charis amicorum aspectibus, te
... sentem tamen retinebo intra pectoris penetralia: non loci distantiâ ereptum te mihi
... periès cum tesseram benevolentiæ quam olim concepi longinquo etiam sole disjunctus
... tuum sinum amica manu mea referri intelligis. Vale proinde charum sydus meique
... sentis eo favore reminiscere ut reciprocum amicitiæ pignus à favente fortunis
... amico recognoscas vitæ imposterum sincerè traducendum, acceò demum me absentem
... teris ut remotum Cœlo nequaquam fœdere Amicitiæ separatum persvadeas

Responsoria.

Non loci distermino amicitiam circumscripsit quicunque per apertum animi candorem
... culta cor exhibuit. Præstas id ipsum hodie MD. cum abis ex oculis non ab Animo
... transcendis patens semper hospitalitati limen istud meum sed unâ prohiberis termino
... necessitudinis, extra quem licet publicis negotiis evocaris, intima tamen affectus sacraria
... cilium perenne non minus in hac mea domo quam corde designas. Ducant te faventes
... fortunatum pandant iter nihilominus non ea viarum intercapedine avellere ut non
... adhæreas pectori, non ita recede ut non hisce intimis claudaris parietibus.

§ Veniens.

Corollarium sententiarum et eruditionum valedictionibus familiaribus servientium.

Amicorum absentia amanti dura Menander
Amicorum visio amanti non parvum gaudium adfert Idem
Praeclarum aestima virum cui si nihil … amici umbra Idem
Amanti ob amati absentiam candida nigra, dulcia amara videntur Fitz Calphur
Amicitia quae desinere potuit vera fuit nunquam Seneca
Quantum oculis animo tam procul ibit amor Propertius utere in contrario sensu
In pectore amicus non in atrio quaeritur Seneca Amicitias mature puta gloriam Bias
Idem velle ac idem nolle firma amicitia est. Salustius
Qui vere amicus est omni tempore diligit nam eum tormentum non separat labor non lassat thesaurus non superat alienus Amor non occupat Cassianus.
Sine amicis omnis operosus labor omnis cogitatio taedium omnis terra peregrinatio, omnis vita tormentum sine quorum solatio vivere est mori Idem
Amor nullo magis quam se ipso emitur Politianus

Quot lepores in Atho quot apes pascuntur in Hybla
Cerula quot baccas palladis arbor habet
Littore quot conchae tot sunt in amore dolores
quos patimur, multo spicula felle madent.

Intrat amor visu dediscitur usu. usurpandum in sensu contrario.
Quis amici negligit famam fide lubrica est Symachus.

Eruditiones

Romanorum mos erat in valedictione ijs, quorum praesentia sero secrederent usurpare illud identidem ingeminare Salve aeternumque Vale.
Diogenes cum disciplinam Antistenis approbasset ita ei imposterum adhaesit ut inflicto etiam baculo repelli non posset dicens caede ut lubet baculum non reperies tam durum qui a te arcere me possit tu dices te non esse avellendum ab Amico propter aliquas adversitates benevolentia et affectu.
Parthenica Sodalitas in Collegio Romano teste Petrarcha habuit pro Symbolo catenam non ex annulis non nexis sibi invicem sed superno complexu a subjstante Magnete compositam cum lemmate arcanis nodis tu dices potentiorem de magnetem Amorem qui tuum cor amici cordi connexum arcanis nodis in absentia tenebit
Antiqui figuram amici veri expressuri pingebant Adolescentem capite nudatum hirsuta veste … indutum in cujus fimbria scriptum erat Vita et mors in fronte hyems et aestas insuper habebat latus usque ad cor apertum in quo haec verba legebantur prope et longe hoc Symbolum applicabis tuae constantiae futurae in amando amicum abeuntem.
Cato ajebat amantis animam in alieno corpore vivere et animam illius potius esse ubi amat quam ubi animat
Philippus Beroaldus dicebat quemadmodum radius a sole calor ab igne frigus a glacie candor a nive nequeunt separari ita ab amore divelli non possunt bene…

+

-entia necessitudo concordia. Socrates ajebat nullam esse possessionem praestantiorem vero bonoque amico nec aliunde plus fructus aut voluptatis capi.

Institutio III
De orationibus Gratulatorijs

Hoc genere orationum solemus testari gaudium quod percipimus de alicujus prosperi successu vel ob dignitatem obtentam, vel ob victoriam de hostibus relatam, vel ob auspicato recurrentes ferias natalis aliarumque majorum solennitatum ut sunt natalis Christi Domini novus annus pascha de singulis sit breviter et imprimis sit.

Sectio I.
De Gratulatione dignitatis.

Gratulatio dignitatis tribus passim constat eleganter partibus Exordio confirmatione et conclusione. Exordium ducitur vel a dubitatione sibi ne Oratori an ei, cui collata dignitas est debeat gratulari, vel ab excusatione quod non est dictionis apparatu instauratur Gratulatio quem honor novus requirit, vel ab expositione rumoris optati, qui accidit de poco munere alteri oblato vel testificatione laetitiae ob dignitatem collatam vel denique ab aliqua sententia aut eruditione vel circumstantia temporis stemmatis. etc. Confirmatio exponit tum amplitudinem obtenti honoris tum merita et virtutes, quarum praemium est dignitas collata tum alludit ad stemma insigne honoris etc. Conclusio debet complecti gratulationem laetitiae iterationem, apprecationem. praxes hujus doctrinae habes in prima parte insti: 2da Sectione praxim 2dam Institutione 3tia Sectione 1ma praxim 2dam ibidem Sectione 4ta praxim 2dam his adjungatur

Praxis I Gratulatoria fascium Palatinorum

Ordinum virtuti Tuae pridem debitum hodie primum grata reddit Patria cum tibi fasces porrigit Palatinos Illustrissime Domine quot vita annos hucusque tot obsequiorum numerasti quibus integritatem Regni civium amorem maximam de te ipso omnium aestimatione promerebaris, totidem ad praesentem honorem ibas gradibus quot meritis in Patriam alios praecedebas Hinc jam colligere haud arduum quam te cupide multa subsellia loco et magnarum virtutum sedes expetierint, quae non alteri citius facilius alacriusve quam tibi sese hodie porrexerunt. Neminem hucusque in collegio senatus nemine e corona civium suspeximus qui non benevolo suffragio: veluti conspiratione omnium favor indixisset sibi fortiter pro te sublimando decertarit. vota singulorum ex ex vultu voce, gestientium animorum nutibus prodibant in publicum offerebantque spectatorem quantum tibi Palatinos fasces meritis invadenti fuissent addicta vellentque quantocyus te sublimem hujus praerogativae fortunam videre mirarique. Quanquam admirationi negatus locus, ubi juxta spem omnium in eventum felicem explicuisti labores olim strenue pro patria exanthlatos nunc quemadmodum obtenti praemij uberrimos ita gaudij quo gratulabundi Tuae Excelsae applaudimus fausti tati neque in foecundos. Non aliter tamen implenda vota nostra censemus quam ut te

Vestorem huic dignitati magno precemur scilicet diutissimam virium ac valetudinis aetatem quo DEO, Patriae nobis utilissimum foveant Heroem scimus quid etiam Caeli favores a terrenis distingui perennitate. primum ijs posteris imperare nihil omnino parces nostris animis quo te partem immortalem volunt consummare ut tantam annorum meritorumque plenitudinem nomen et vitam inseras posteritati.

Praxis II Gratulatoria judiciariae dignitatis

Incolumitatem civium integritatem legum dignitatem Reipub: tuis felicibus incubuisse humeris ex publico assensu gaudemus et ex animi gaudentis impetu gratulamur, Perillustris Dne Tuum enim est tuique similium infractis molem publicam sustinere lacertis, sapientibus meri auxilijs, validis promovere conatibus nostrum vero in Patriam derivatae applaudere felicitati et quam illa expectat eam que in votis jam adolescentem venerari fortunam. Astraeam hanc sapientes dicunt, quam hodie justitiam appellamus, nec videlicet nomen in praesenti omine, Astraea profecto est et dici debet quae talem te hodie sui propugnatorem nanciscitur qualem ab astris vectum vellet. Quamquam nec ab astris eam descendisse pavidus asserero cum tuo illa pectore sacro exorta, tuis innutrita doctrinis, tuo deinceps cultu decora eminebit super judiciariam curulem. Age igitur tam felici legibus publicis eventu profectus, felicitatem hanc felicitatem hanc in subjectum partire nosque tuis devotos honoribus, qua soles, imposterum fove.

§ Unicus

Corollarium sententiarum et Eruditionum gratulationi dignitatis servientium

SENTENTIAE

Nulla voluptas ad divinam propius accedit quam ea quae ex honoribus percipitur.
Virtutis uberrimum est alimentum honos Valerius Maxi
Solis bonis honor debetur Aristoteles Ipse honos laborem leviorem facit Africanus
Fax mentis honestae gloria Silius Eximiam virtutem sponte sequitur sui decus Plutarchus
Magni animi fiunt magnis honoribus Seneca Virtutis umbra honos etiam invitos comitatur Augus
Honorem non debet sequi virtus sed ipse ~~honore~~ virtute Seneca Sola dulcedo gloriae non senescit Idem
Vita brevis gloriae cursus sempiternus. Cicero

Eruditiones.

Romani ante magistratum faces praeferebant ardentes ut innuerent Magistratum virtute debere elucere Rosinus
Idem templum honoris, ita contiguum templo virtutis aedificarunt at nonnisi per templum virtutis esset aditus ad templum honoris Alex ab Alex
Aegyptij virum in magistratu collocatum exprimebant per senem qui dextera solem justitiae, sinistra horologium gerebat Rodiginus Quae vero significatio hujus symboli

exponit inquiens Esto horologium ad quod se tota vita dirigat esto sol moribus
exemplo praelucens.
Seri Principi porrigebant inter gratulandum sceptrum capite insignitum
quod animal ferum est cui in summo acumine sceptri jungebant Ciconiam avem benignam
innuentes debere in Principe austeritatem permisceri lenitati. Pierius.
Phoedij collocabant in Solio Regio fortunam auream quae dextra diadema cum sole sinistra
phoeram orbis cum lilijs gestabat exigentes hac ratione a Principibus liberalitatem motu lucis
odorem. Macedones ultimo Regi Perseo gratulantes auream statuam obtulerunt cum
dent superi vitam nos fortunam Polianus.
Civitate Peleponei fuit templum honoris in quo statua ejusdem quae ferebat manu sinistra
globum ex Zaphiro plenum dignitatis insignibus dextera coronam cristallinam virtutis aureo
fune colligatam gestabat a quo haec literae auro fusae dependebant Tibi uni et Soli idest
virtuti honor militat. Egesipus
Aristoteles praecipuam dicebat esse dignitatem non frangi honoribus sed ab alijs dignum honore judicari.
Edwardus Marchio habuit in symbolo laurum cui desuper sol eminebat cum lemmate Non
aliter quo significabat neminem laurum dignitatis mereri nisi lucem virtutis quae intulerit
Dux Burgundiae in symbolo habuit aureum vellus praemium non vile laborum
Alphonsus Rex Aragonum in symbolo habuit lumen cum lemmate alijs servio mihi consummor.
Vladislao Ungariae et Bohemiae Regi pro symbolo erat obeliscus in cujus fastigio aurea corona pro...
...bat ad quam summo conatu vir eluctabatur cum lemmate sic enitar
Carolus Fridericus pinxit Solem curru quadrijugo vectum cui adstabat Mercurius tenens manu
caduceum in cujus fastigio columba eminebat ab Angelo advolante coronam accipiens cum Epigraphe
virtute et meritis dignos ad sydera tollo.
Lacedemones Regibus suis gratulabundi precabantur dent tibi superi largam manum longam
... longaevam vitam Veneti sit Princeps est tot annorum quot subditorum.

SECTIO II
De Gratulatione victoriae

Gratulaturus relatam victoriam de hoste primo laetitiam explicabit et dicet victoriam non solum esse gloriosam
...ri verum etiam universis 2do importantiam victoriae cum laude vincendis depraedicabit 3tio gratias ages pro
exanthlatis laboribus loco monumenti quod victoribus erigi solet, gratam victoris memoriam triumphorum
...iam pollicebitur concludet apprecatione ulteriorum pro exemplo sit

Praxis Gratulatoria Serenissimo Regi Poloniarum Joanni III

occasione nostrorum successus victoriosi in Walladia 10 octo. Anno 1686

Inter victorios Martis Poloni tumultus non potes non vehi triumphator gloriae excelso Regum
Serenissime quod tibi bellica tuorum virtus effigiavit sapientum autem miracula, cum militum vulgarem
...ogis laureatis quia triumphali signum laetitiae curru censuere. Quamquam nec nos taciti circumstantias
...sinus repudiantem, quibus etiam plausus indicit gemina ~~victoria~~ dies insignis victoriae nuper

Sigismundo, hodiè de Joanne utroq̃ ex cognomine III Rege Poloniarum utroq̃ bella
Dni auspicato bellante adversus Odrisiam impietatem Denis illa olim accisa victorijs ubi mox
inter octobres ferias Gradivum Lechicum annus commonet gratitudinis, hicq̃ ut assolet
Gradivum frequentat mnemnosinon mox Colum ignotum humanis vinci officijs grati
morum pietatem novis secundi belli successibus una reguoq̃ nobis Regem Vaticano etiam oraculo
orthodoxum numeratur triumphis. At nequeunt non illustres v hinc tibi consurgere adorea
quando Scytharum quadragena millia cum Bystonum vicenis à conflictu quum Sarmatis infans
tibus tibi cedente in fugam delapsa fuerint coacta, arcus missili telorum segete instructos
At sui Planetes cornua in victorias numidius arrecta tibi in trophaea et arcus flectere trium
phales. Utinam vero benignis adhuc superorum aspirantibus Auspicijs quod Procerum Gratulan
tium nobilitatis est utinam inquam gloriosior indies morum victoria tuus sit Regnum Polo
nissime amplior quot momentis triumphus.
Huc etiam referuntur Praxis 1ma Sectione 2da Instit. 2da data in laudem Ducis.

§ Unicus

Corollarium sententiarum et eruditionum gratulationi victoriæ servientium.

SENTENTIÆ

Victoria non armorum decore, sed ferri virtute quæritur Justin
Liberales et humanos esse erga inferiores praeclarum est ducibus viaticum ad victorias et triumphos
semper viros Borgias Non ita armis quam pietate paratur victoria Agatocles
Recte victoria uti clarius est quam vivere. Plutarchus
Omnis victoriæ fructus in eo consistit si ea bene et recte utaris. Reisnerus
Vera est victoria quæ salva fide et integra dignitate paratur Florus
Ratio et consilium sunt propriæ ducis artes. Victoria est semper insolens Cicero: in contrario sensu
Quemadmodum egregium est hostem dejicere ita non minus laudabile infelicium misereri. Seneca

ERUDITIONES.

Cæsar devictis hostibus hoc sibi usurpabat encomium, veni, vidi, vici. At contra Christiano more Carolus
veni, vidi, vicit autem Christus.
Exercitus sine duce est magna bellua sine capite Stobæus
Pausonius interogatus quomodo de Thracibus referenda est victoria Respondit si bonus vir in ducem eligetur Plut
Agesilaus petitus quid belli ducem præcipuè exornaret respondit: Adversus hostes audacia et in
oblata ~~petitione~~ opportunitate ratio et consilium. Stobæus
Tyberius Tymolion Corinthius cum in templo Delphico Apollinem de victoria consuleret corona quæ
inter denaria pendebat in caput illius tam apte incidit ac si manu imponeretur quod omen victoriæ fuit Fulgos
Alexandro Magno Tyrum obsidenti visus Hercules est è muro manum porrigens Sabellius
Alphonsi Regis Castellæ apophtegma fuit dicentis probos milites gemina manu armat fortis et justa Stri
Alphonsus Aragoniæ Rex non tam quod hostes vinceret gloriari solebat quam quod didicisset victis
consulere. Illud vero dicebat fortunæ munus esse, hoc suum.
Chabrias dux Atheniensis dicere solitus se malle exercitum cervorum duce Leone quam leonum exercitum duce Cervo Nulli

SECTIO III

DE GRATULATIONE natalis diei

In gratulatione natalis diei formanda multo possunt intervenire industriæ Oratoriæ pro
varietate tum circumstantiarum tum ipsius personæ cui quis gratulatur tutelaris festivitatem
è multis sint sequentes Imò explicabis. Nam laetitiam conceptam de incolumitate cum qua
Amicus v altera persona agit suum natalem v facies allusionem ad festivitatem quam gratul

... apprecaberis illa omnia quæ ex festo natalitio deduci possunt per conjecturam et affectu ... tuis exaggerabis et persistes in ingeniosa explicatione natalitiæ solemnitatis, quæ poterit tota ... modi oratio fieri et ex vi denominationis personæ cui instituis gratulatio cum applicatione ad virtutes ... roni tum ex comparatione ipsius Patroni facta cum aliqua laudabili persona, ficta aut vera, et appli... ... ad facta et ipsius virtutes illi personæ quæ hoc officio gratulationis colere intendis. Praxim hujus ... habes in prælata prima Ins. relat. sectione etiam primam Gratulatoriam S. Stephani et Instructione ... ... sectione secundam Gratulationem S. Joannis Evangelistæ hic istis adjice quæ sequuntur.

Praxis I Gratulatoria S. Georgii Clarissimo Parrocho Brunsbergensi

Herculem Christianum Georgium Divinissimum in te magni hodie clientis Indigetis ... suo cliente gratulabundi hodie veneramur Celsissime ac admodum Rnde Dne. Colimus ille olim ... virtute monstra perfidiæ et vitiorum edomuit victor gloriosus. At sub festi feliciter redu... ... sui natalis ferias se ipso jam grandior triumphator lætius exultat nimirum te nactus parium ... oriarum et triumphorum comitem sacra ejusdem cognatione militiæ orthodoxæ auctoratum ... pergis etiamnum ut apostoli auspicato bella Dni bellare sive pro tribunali pœnitentiæ judex sedes ... tentiarum, sive pro rostris stas Ecclesiastes fidelium, sive in arvis dominicis ad gregis ... commissi subsidium pastor vigilantissimus versaris. Ubique fortiter divinior videlicet Her... ... scelerum portenta elidis, manubias animarum ab orco vindicas, trophæa erigis in cœlo peren... ... Quamquam in terra etiamnum hodie agis triumphos ad lætitiæ devotionem. Itaque nos vero hujus ... ... in liberam hanc et jucundam tripudiorum servitutem sed Georgio duce qui dici hujus ... ... ssimus sponsus audit et tutelaris, imus at non prius hæc benevolentiæ vinculis solvendi donec ... ... igni Cælites vota nostra exsolverint facta hodie ad aram cordium ferventissimorum pro ma... ... et diuturna incolumitate. Praxis II eidem.

... oriosum hunc Herculis Christiani diem quem Aprilis feriæ tibi hodie sistunt triumphale ... ... num, qui nimet etiam liliis coronetur, censemus Clarissime ac admodum Rnde Dne Tribunitia ... ... licet Georgii clava post edomitos centauros et hydras perfidiæ virescens in Martyrii laureolam ... rum liliorum candorem tanquam sibi affinem deposcit venire in majus auctuarium ... venustatis. Quodsi vero e proprio sanguine rubicundus Athleta Christi Georgius tibi ... ... natalis auspicem et tutelarem cælitus destinatur quidni in cliens sponte sufficis niveam ... ... sui floris majestatem ceu vectigalem Patrono a cujus etiam ipse argenteo decore ... atque cliens candidus etiam nuncupetur. Non exigua profecto splendoris incrementa tuo porrigis ... ... menta Indigeti unique tuum clariorem exhibes hodie natalem ita circumferendo Gentilitio ... ... lio æmulam quique illibatam morum integritatem ut jam palam audias, quemadmodum a Mar... ... Georgius laureatus, ita Liliatus cliens a Principe Celsissimo Casimiro etiam propria vir... ... suffragante. Perge porro Clarissime ac admodum Rnde Dne feliciore adhuc passu adeo ... ... stram gloriæ viam decurrere hoc fortunato eventu quatenus hoc spes augusta quam ... ... suo lilio securique possides quam olim in suo flore per similem Epigraphen adumbratam ... ... serius Imperator gerebat tandem per ampliora merita evolvatur in nobiliorem coronam ... Georgii Tutelans. Dixi. Praxis III

Gratulatoria Rndo Patri Præfecto scholarum Brunsbergensium

... ux mensis prima florentissimi et Alpha temporis Majalis vitam Jacobo Tuo Indigeti ... ... tibi dignissimo ejus clienti dedit Pater ac Reverende jam profecto sic extra fabulas

occidente castore Pollux oreris et Hespero noctis involuto caligine diem Phos-
phorus inter Soles renascentes auspicaris, et quemadmodum alter istorum minus dolet
lucis dispendia quo alterna fraterni jubaris pensantur instauratione, ita citra
moerorem accidit Tuo tutelari quando illo terris erepto in Aliens auras mundi
vitales aditu capessis succedaneo, alternas quidem vices mortalitatis cum Dni nostri
cognomine sed simul moribus tuis Religiosis virtutum Patroni referens splendore
quasi ille v in Pollice Castor redivivus v Hesperus in Phosphoro superstes
actiamnum radiare. Utinam vero Adm Reverende quam in te hodie gratulabundi
veneramur vicariam Jacobaeae probitatis v hoc Sole Majali sereniorem prerogati-
vam eandem pergeminatam aetatis bene annosi Patroni Tui seriem sospes cir-
cum feras quemadmodum ad aemulo pietatis vultu referendam speciem Tui tutelaris
ita ad ampliora indies de tua incolumitate diuturna tibi addictis animis solatiorum
incrementa.

Praxis IV

Gratulatoria Patroni in communi

Solennis tibi mihi hilaris optatus utrique hodiernus illucescit Dies. AV
Solennem recolis lucem qua auspice nec fatorum invidia mortuus prinsquam mortalis
audires terris feliciter vivere coepisti. Quamquam Caelo quoque debebat hoc vita tua, utpote
cujus tamquam supremae mentis provido consilio tantum fremuitque steterit quatenus ab ipso in vitales
auras abiens virtutum et innocentiae candidatus sub ejus tutelam divina sorte concederes, cum
cujus morum integritatem sanctioremque disciplinam aemulo virtutum referres studio. Hic in
particulari attinges pertinentes virtutes aliquas Divi Patroni quas ille cui gratularis in
sua vita exprimit. Igitur non potest non solennis mea faustitati Personae occurrere dies
adeo eximiis revicfactorum clientis et Indigentis mei natus praerogativis. At latissimus adhuc
in mea sortis exoritur commendationem nitiarum. Idem ipse uber uberrimae messis pro-
dromus è largissima segete tuorum beneficiorum provenientis sed setatiorem munificen-
tiae tuae si invisso compendio congesta in me laboris curae atque industriae benefica
colligerem monumentas. Festivo igitur hic plausu praesens hunc inter varios adversae fortunae
casus vindicem Patrocinium laeto exultantisque gratitudinis officio in necessitatibus manum auxi-
liatricem hodie veneror dexteram, addo denique vota animitus precatus ut iteratis vicibus
annorum subsequentium pari felicitate idem illucescat dies mihi laetus tibi solennis
utrique optatus.

Sectio IV

De Gratulatione natalis Christi Dni novi anni et Paschatis.

1mo quod concernit natalis Christi Dni Gratulationem haec potest formari absque difficultate
non citra elegantiam cum ex circumstantia nati ipsius in Carne DEI, tum ex occasione communis
omnibus laetitiae tum ex reflexione circa titulos qui dicuntur in sacris literis Verbo Incarnato. Si vis formare
Gratulationem ejusmodi ex ipsius DEI in Carne nati circumstantia poteris ad hoc 3ia paulatim inju-
tam materiam redigere. 1mo dices nato in Carne Verbo et tibi nata esse verba quibus Mecoenati v Amico
felicem adventum Regis DEI in hunc mundum gratularis 2do rationes gratulationis sumes à beneficiis tibi
collatis aut à meritis et virtutibus personae cui gratularis 3tio ... apprecationem facies conjunctam
cum gratulatione. Si vis formare ex occasione communis laetitiae, similiter hoc ipsum inventum

+
[...]umentum poteris bifariam disponere. primo dices ita communem hanc Laetitiam ec
[...] suo exortu in Carne Verbum indidit universis ut nequaquam possit uno corde contineri idco et effunderent
[...]tur ut in praecepto priori. Si denique ex reflexione circa titulos vis formare, imprimis vide ut talem titulum assumas
[...]ossit suggerere aptam Apodosim cui gratularis. Atque ita si persona quam gratulatione hac colueris Princeps
[...] accipere commodissimum titulum datum Christo Dno ab Isaia Princeps Pacis, si sit Episcopus dices Natum
[...]ummum Pontificem, si parens appellabis natum Salvatorem vitam, et sic de aliis Dispositio ista
[...] Protasi titulum Christo nato competentem explicante et Apodosi faciente applicationem ad personam
[...]ratularis Priorum Praeceptorum hic est.

Praxis Gratulatoria natalis Christi Dni

Quam filius instituit Parenti ex titulo tituli vita Christo nato competentis.

[...] beatitatis suae renatae feliciter lustra primum hodie merito ponit Respublica humana, quo Verbum
[...]rne Divinum olim expetitam Orbis orientis accipit vitam M.D.P. Jam enim vero tandem quod hactenus
spiritus vigorem, totius mortalitatis corpus torpidum languerat, exortu Divinioris vitae animatum, novo redin
[...]tur influxu aurae vitalis, in se Caelitus derivatae. Eo igitur jucundior hujus vitae accessus Augustissimae ad huma
[...] societatem obtingit, quo gratius cuique mortalium contigit adeo pulchrum et liberale vivendi beneficium, Rationem cui
[...]odie e multis unum sistit meo conspectui haec ipsa longe gratissima universis amoenitas mi judiciorum, Vota
[...]orum, fore ut moerore rigidus etiamnum tabescerem quando Respublica natalem viventium, natalem suae vitae
[...]ci applausus accipit apparatu, ut desideratissima haec de Caelo, hodie terris illapsa non animis duntaxat
[...] et corporibus diviniorem spiritum vitalium insinuat portionem. Utinam vero tibi usque M D P cujus vitae per
[...] instauratae reformator, quo praemunitum te velit adversus parcarum jura implacabilium, ut vel de meis vitae
[...] demat et tua in longissimum durae vitae prorogetur, quod animitus voveo Dixi

[...] vis Gratulationem ejusmodi formare, occasione sumpta ex ritu Gentis ejusdem vel eruditione
[...]is id per protasim et Apodosim videlicet ponendo eruditionem vel ritum gentis in protasi. V.G. Lydia Gens
[...]te novo anno illustribus viris auream Aquilam offerebant cum inscriptione primaevo flos aetatis primaeva
[...] primaeva felicitas currat, et recurrat. In Apodosi facies applicationem per rejectionem dicendo te o auream
[...]lano sed cor tuum offerre apprecando ut fortuna virtus aetas, semper ei, cui gratularis, constans perseverans
[...]edumis currat recurratque per annorum seriem. Huc refertur consuetudo Venetorum, qua solent
[...]ulis annis solenni plausu in mare annulum conjicere, illudque sibi despondere ac fruendum facere
[...]plicationem subjungeres dicendo annum esse annulum mare despondensque meliori annulo cujus gemma
[...] pretiosum nomen Salvatoris. Item Persae novum Annum suis Dynastis gratulantes offerebant
[...]n tot foliis constantem quot diebus annus componitur adjecta Epigraphe singulis Rex benefice
[...]re vive vince. Applicatio exponeret quod non inerranibo lauro sed adamantino corde, quo aeternitas
[...] legit eadem verba exarat Diu flore Caelo, vive nobis, vince sortis malignitatem
[...] eandem gratulationem constituere novi anni per comparationem rei alicujus factam cum qua novus annus
[...] similitudinem, ut est annulus, corona, Caelestis Zodiacus, mare etc. poteris hanc similitudinem tractare
[...] politionem perfectam vel imperfectam cujus vicem hoc loco obibit formatio definitio anni ex rei istius cuicom
[...]ni. Si vis denique formare novi anni gratulationem ex visione in qua et cui fit gratulatio rationem
[...]tam dispone per Enthymema vel Syllogismum. Praxim oratoriam, Gratulatoriam novi anni habes
[...]n parte prima, 3tia Institutione Sectione 1ma praxim etiam tum in exercitationibus correctis his adjice
[...] oratore extemporaneo Rndo Patre Michaele Radau. in qua annus sub allegoria maris proponitur

Praxis Oratoria. novi anni

[...]no velut mari committimur per tot undas vehendi quot dies per tot fluctus et procellas, quot
[...]s et momenta Ecce ad portum adhuc et prope littus consistimus, quidni, quod prudentes

in consilijs habent votis vela instruimus, ducem sinens, Coeleste sydus intuemur magnetem cursus magistrum experimus. O Auguste temporis et fortunae Imperator qui edu cis de thesauris ventorum Zephirum aspirat aut si magis nobilem Gratiae suae favonium p ut siccis oculis, monstra natantia decertantem Aquilonibus Affricum naufragos fluctus sonoras tempestates, et siquos alios casus objecerit scopulos felici progressu transe amus. Sed quid undas, quid procellas horrescimus? Coelestem hodie Cynosuram, Nomen IESV accepimus non mergendi certo. Fugiat procella et madidam minitetur mortem IESVm vocet vita est se dabit, misceant Coelum terramque venti IESVm aspice et obmutescent. Diem eripiat tempestas et ponto nox incubet atra IESVM intuere lux est; fugabit. Irruant Ballenae et cete grandia aut si quod monstrum ~~..~~ mare parturit crudelius ad IESVM perfu gium habe, asylum est; metitur. Melius cum IESV quam cum sua fortuna Caesar naviga bit et quasi feres alcyonia quocunque ratem direxeris malaciam facies. Quis enim Salut nocere praesumat ubi salutis suae custodem ipsum Salutem viderit. Ite felices temporis Nauc et jam decisis videntibus mergite remos transcendite fluctus subigite procellas cursus ego vestri me porrigo socium et votis meis ac desiderijs IESVm annui itineris Rectorem ac portum non magis excepto quam exoro.

3tio quod concernit Paschatis gratulationem haec potest concinnari tum facta reflexione ad praeteritas praeceptiones de Gratulationibus natalis Christi Domini et novi anni datas tum peculiariter assumendo aliqua quae particulariter possunt deservire ad melius hanc festivitatem explicandam inter quae Principem locum obtinent veterum Eruditiones et sententiae quin ipsi quoque Apologi habentes aliquam connexionem cum dicta Paschali celebritate huic postremo modo respondens hic

Praxis Gratulatoria Paschatis

In protasi imbrem gemmeum in terras depluvi innuens cum Apodosi paschali festivitati competente

Eo arrogans evasit olim ambitio veterum ut cum aurea sibi arrogaret Saecula gemmeos quoque inceperit imbres somniare, qui gemmeam sementem aurei foecundissimi saeculi in messem similem facerent pullulare. Vetere nihilominus adeo pretiosam fruge ita prohibiti sunt aevi Aurei augures, quemadmodum praesagiebant aetatem fore quae desideria ipsorum ad possessionem non tam cari metalli quam temporis nunquam aut raro venturi, exporrecta tandem et evanida spe nullius rei Annalia coronaret. Eventus nirum felicior tibi NN atque simul hodie Christianae Reipublicae servabatur quam Coelum auream fere gaudiorum effundit procellam qua aetatum seges ferrea proteratur et amplior durae sortis culmos pullulatura, citra vero Saturni fabulam instaurantur saecula pretiosa eidem Authore, qui ferijs currentibus gloriosus a tumulo ~~ligno~~ triumphat DEUS. Fluant porro adeo auspicati soles in terra nostra Pactoli, Gaudiique aemuli uniusque horum auspicio aurei dies et anni succrescentes, non nisi auream beatitatem in Tuum convehant sinum alveo profusissimo, Unde plenis manibus divitissime incolumis Divinorum charismatum depromas flumen in Tui quoque clientis tenuem ampliandam sortem derivanda.

Institutio IV
De Orationibus Gratiarum actorijs

Orationes gratiarum actoriae alio nomine vocantur Eucharisticae usus il orum

... duplex, privatus unus, alter publicus. Privatim clientes Mecoenatibus solent gratias
referre pro acceptis beneficijs publice verò pro collatis dignitatibus Principi aut Regi ad illas
promotâ personâ talium orationum adminiculo consueverunt gratum animum testari. Et licet
duplex occasio gratiarum actioni instituendâ opportuna inter se differre videatur unus tamen
atque modus gratiarum actoria orationis in utraque occasione potest deservire
Ergo gratias acturus aut pro beneficijs aut pro dignitatibus collatis haec tria puncta observato
Exordire hujusmodi orationem ab adjunctis beneficij dignitatis aut personâ dantis et accipientis
infra ponendis sententijs et eruditionibus impetu captato. 2do loco confirmationis subjunge
exaggerationem beneficij ex circumstantijs particularibus petitam videlicet quam dulce dulce beneficium,
utile quam honorificum, quam magnum et quibus meritis datum quod communiter solent extenuari
respective ad personam accipientis spectata ut tanto magis liberalitas dantis commendetur, Deinde considera
ejus quo tempore collatum beneficium, quam cito, quam opportune roganti ansecq; 3tio conclude gratiarum
actione promissione gratitudinis et boni usûs frequentandi circa datum beneficium adjecta petitione
ut inchoata beneficia cumulentur constanti benevolentia. Hic pro praxibus formandis sit

§ I

Corollarium sententiarum et eruditionum servientium gratiarum actorijs Orationibus
Non est aequum tempore vel die memoriam beneficij definire Cicero
Liberale officium est serere beneficium ut possis metere fructum Idem
Qui in gravi periculo succurrit vel magno beneficio alium afficit DEI vice fungitur Idem
Gratia non floret et fructus fert dulcissimos et quidam benefaciunt et non promittunt Plutarchus
Beneficium et gratia sunt vincula concordiae Cicero Immortales sunt gratiarum horti Aristoteles
Munera cito consenescit gratia Festus Principum dona sunt auctoramenta servitutis Demosthenes
Super thesaurus collatum beneficium Alexander Thesaurus pulcher pulchrè gloria collata Euripides
Cunctantia beneficia saepe tarditas corrumpit Seneca Beneficium aspere datum lapidosus panis est Idem
Beneficium jucundum victurumque in animo scias quod obviam venit Idem
Causa laetitiae est amicum laetum videre justior fecisse Idem
Benefacere homini est magnum beneficium apud Deum deponere Sydonius Sine gratitudine nec myrrha nec Thus DEO placet
Illius beneficijs custoditur Respublica quam armis Jovianus

§ II

Corollarium Eruditionum deservientium gratiarum actorijs orationibus.
Hadrianus imperio recenter inauguratus lustrans Aegyptum dixit pro concione haurite ex me tanquam ex Nilo
Titus Imperator cum circa vesperum nullum eo die beneficium se praestitisse recordatus fuisset ad Amicos
conversus ajebat Amici diem perdidimus Idem Petrasanta
Basilius Imperator ajebat Rempublicam auro id est beneficijs administrandam esse Cromerus
Ludovicus Rex contra cruciferos expeditione facta quacunque iter suscipiebat profusâ in Egenos liberalitate utebatur Idem
Severus Alexander dicebat non petenti quid est cur non petis num me vis tibi fieri debitorem pete ne de me queraris Lampridius
Chilon dicere solebat dati beneficij decere oblivisci accepti meminisse Laertius
Theophrastus interrogatus quid nam humanam vitam conservaret reposuit beneficia Stobaeus
Xenophon beneficia vocabat vera trophaea Idem
Demosthenes censebat nihil ita homines reddere similes DEO quam benefacere Tyrius maximus
Transilvanienses negare aliquid putabant grande delictum nec aliter ac si ex justitia ad dandum se teneri censebant
...sius Cardinalis Ostiensis pro liberalitatis Symbolo Sole depicto utebatur adjecto lemmate

+

non exoratus exorior. forte allusit hac sua Epigraphe ad verba Epicteti dicentis sicut sol blandimenta et preces non expectat ut exoriatur sed statim surgit et salutatur ab omnibus, sic tu neque laudes expecta neque plausus v. strepitus ut benefacias sed sponte benefac. Quam observationem admonitionem fuisse insinuat a Trajano Imperatore sic de ipso inquiens Plinius: omnia profundis ut Sol et dies, qui non parte aliqua sed statim totus, non uni aut alteri sed omnibus in commune profertur. Ejusmodi opinionis videtur fuisse Cardinalis Aldobrandinus qui quaesitus quod beneficium maximum esset Respondit quod petitum. Alexander Magnus cum donaret cuidam civitatem et alter donum hoc sibi non convenire aut sua fortuna assereret Respondit non quaero quid te accipere deceat sed quid me dare. Seneca

Ptolomaeus dicebat magis esse Regium ditare quam ditescere

Augustus Imperator ex hoc capite gratulabatur se Caesarem inauguratum quod sic illum gradum conscendisset ex quo omnibus benefaciendi facultas concederetur.

Maximiliani Imperatoris Imi apophtegma fuerat dicentis charitas non expectat preces egentis sed ubi necessitatem videt ante preces provolat Reisner

Jacobus II Rex Aragoniae ut doceret Principes debere esse liberales in dando et in dando celeres cervam alatam pingi curavit adjecta Epigraphe cornibus aureis illius A auro et celeritate. Typotius

Dionysius senior conspectis apud filium aureis poculis Dixit Fili non est tibi Regius animus qui tam multis muneribus a me acceptis nullum tibi feceris Amicum Plu.

Veteres gratiam et beneficium symbolo rosae exprimebant credo ut insinuarent ingratitudinem debere abesse a accipientibus beneficia quemadmodum rosa dicitur necare scarabaeos.

Delphicus Apollo tres gratias manui insidentes gestabat quarum una instrumento lyrae altera tybiis altera fistulis instructa erat quo admonebantur beneficia accipientes debere esse vocales gratias agendo pro acceptis gratiis.

§ III

Supplementum verborum deservientium gratiarum actoriis.

1mo Ex Cicerone post reditum in Senatu

Si Patres C. pro vestris immortalibus in me fratremque meum liberosque nostros meritis parum vobis cumulate gratias egerem, quaeso obtestorque ne meae naturae potius quam magnitudini beneficiorum vestrorum id tribuendum putetis quae enim tanta potest existere ubertas ingenii quae tanta dicendi copia quod tam divinum et incredibile genus orationis quo quisquam vestra plura in nos universa promerita non dicam complecti oratione sed percensere numerando Item

Quapropter ingenium memoriam vestri in me beneficii colam benevolentia sempiterna non solum dum anima spirabo sed etiam cum mortuo monumenta vestri beneficii permanebunt

2do Ex Ausonio gratias agente Gratiano Imperatori

Ago igitur gratias Imperator Auguste si possem etiam referrem Sed nec tua fortuna desiderat remunerandi vicem nec nostra suggerit restituendi facultatem, Privatorum ista copia est, inter se esse munificos Tua beneficia ut majestate praecellunt ita mutuum non reposcunt quod solum igitur nostrae opis et gratias ago verum ita ut apud DEUM fieri amat sentiendo copiosius quam loquendo Item inferius Ago igitur gratias optime Imperator ac si quis magnum iisdem verbis tam saepe repetitum vitio in loquendo assignat experiatur hoc idem ipse ps

Ex Rev^do^ Reverendo + Patre Radau

mihi centum linguas hodie ex Poëtarum voto natura donavisset aut si jucundiori metha
phorâ totus mens tamo linguae fierem nondum Ego beneficij amplitudinem quo me cumulasti s
ui possim ∼ complecti Quid vero hac animi Regij devinctus nisi humilibus verbis humiles
ias reddere: nisi forte mea meorumque studia sicut indignitatis meritum ita indigni stipendio suscipis
ae si dati beneficij qualiscunque solutio eet accepti perennis confessio non ingratos nos tamè
dicemur morituros Item permittet tua benignitatis facilitas nos ∼ nubium mutuam
itudinem amulari, qua eodem, quod acceperunt a Sole, lumine plures in se solis imagines
ngunt ut a quo splendeant Orbi demonstrent. Et nos honorem Regium, quo nunc insigniti
mus latè per orbem et orbis famam portabimus, dicemusque natis, narrabimus posteris ut ipse
lium Saeculorum memoria sciat cujus stellae sumus cui soli lucem debeamus.

SECTIO V
DE Orationibus Genethliacis

Hoc genus Orationis initio vitae humanae applaudit quod non tantum natae proles quoad
s publicas saeculi praesentis sed etiam antea[illegible] soleat gratulatio institui parentibus cum
precatione ad prolem directa eorum bonorum quae possunt sperari omine ducto feliei ∼ a familiae
ra indole ∼ a Gloria Parentum ∼ a circumstantijs natae sobolis quales sunt nomen
usque Ethymon tempus nativitatis locum et nonnulla quae quandam referunt prodigij
itatem et antecedunt et subsequuntur diem Natalem qualia in historijs vulgantur de multo
nativitate et licet haec ipsa consideratio possint materiam suggerere ejusmodi orationibus
struendis nihilominus hic particularia hac super re habe praecepta.

1mo Gratulaturus Parentibus natam prolem puncta duo vulgaria observa in 1mo Explica
communem laetitiam quia non modo domestici sed et vicini exultant ad prolem natam cujus
rationes tum ex sententijs aut eruditionibus infra dandis 2do precare Proli natae longa
m ob fines varios et maximè propter diuturnum levamen et solatium Parentum.

2do Gratulaturus Parentibus Illustribus natam Prolem sumeres primum punctum ab
quo ritu gentium, maximè ab illo luctuoso quo Thraces natum Infantem excipiebant contra
nimo morbi funus summo applausu comitabantur et talis similitudinis has ∼ similes adduceres
nes, tum quod Infantem voluerint longius abee a calamitatibus, quibus vita mortalium abundat
quod lachrimis suis tanquam testibus vitae miseriarum prolem natam intenderint docere communem
antiam tum ignorando quia dum futurus infans natus eet forte improbus hoc dedecus vitae et
futurum adhuc jam tunc lachrimis expiabant. 2dum punctum constaret refutatione hujus
etudinis et insinuatione gaudij de feliciter natam Prolem Ex ijs Parentibus a quibus
modo sanguinem sed et morum probitatem atque adeo ad maxima quaeque habilem acceperit
lem 3tium punctum complectetur gratulationem et apprecationem ut natus Infans non modo
Divinae sed Patriae solatioque Parentibus excrescat.

Gratulaturus Natam Prolem duceres accessum a sententia ∼ aliquo effato: adeoque ut
illo problemate Ciceronis in Quaestionibus Tusculanis utrum vivere sit melius quam mori
diceresque satius vitam prae morte eligendam ∼ Confirmatio duplicem daret rationem

+

Tum ab inductione rerum eventuum quæ malunt in vivis numerari quam è numero ho-
rum tolli tum quia privatim non modo totius Orbis conservatur plenitudo verum et
Familiarum particularum prosapia ampliantur. Hinc opportunè descenderes ad bene
ficia recensenda de nata Prole derivanda in Parentes, quoad solatium et levamen Eorum
in senectute, in Patriam quoad merita Erga illam, in familiam quoad decora ipsius
propaganda tandem concluderes gratulatione et apprecatione.

Oratio Gratulatoria natam Prolem Selige unum ex sequentibus propositionibus, Novum
Sydus hodie in Horizonte familiæ vestræ exoriri video. Hodie Prosapia vestra novo
accendi jubare novaque Gloriæ semina in uberem pullulaturo messem videtur nancisci.
Nihil majus potestis desiderare Parentes fortunati hac sorte quam charo hoc pignore Cœlum
in vestrum gremium demittit. Nefas silere hodie quod Infans hic congeniali
suo natali vaticinitate satis eloquitur futurum beatitatis in domo vestra multiplicem
Prærogativam etc. tum omisso accessu aggrediens confirmare propositionem assumptam
ratione et aliqua circumstantia mensis alludendo ad omina veterum quæ illi e singulis m-
sibus in gratiam natæ Prolis eliciebant. Atque de horum unoquoque forte ex quo potest pro
matione culta sumi dictarum propositionum vel alterius cujuscunque sit

§ I

Omina Indolis futuræ in nata Prole ex allusione ad deos apud Veteres mensibus sin-
gulis præsidentes servientia in Orationibus Genethliacis

Januarius Sacer erat Junoni quæ dicta erat à Priscis tum Dea, tum conservatrix Gentium, unde
natus Infans hoc mense colligebatur futurus multorum Deus, conservator familiæ, defensor
Patriæ adinstar Junonis quæ ad orbis defensionem parmam hastam gerebat in picturis Ve-
rum.

Februarius Sacer erat Neptuno DEO maris ex cujus dispensatione in genus humanum o-
pinabant Antiqui redundare divitias: Eidem numini immolabatur Taurus Laboriosum Animal
tanquam auspici felicitatis humanæ promotæ per labore instinctu Neptuni. atque hinc natus
Infans præsagiebatur infans futurus dives, cui videlicet Tauri essent (ut canit Poeta) exentur
aratro suspensa juvenci

Martius Sacer erat Minervæ scientiarum DEÆ: Ideoque natus Infans doctrinæ specimen
olim daturus promittebatur.

Aprilis Sacer erat Veneri ex cujus præsidentia possit Orator contrarium elicere Augurium
dicendo: natum Infantem fore decus omnis probitatis et speciminis pudicitiæ ut potè illi Sim
lex fore non dubitat gratulans, qui Veneris simulacrum nunquam publica luce dignabant
sed tanquam hominum conspectu longè indignissimam in latebris sepeliebant

Majus Sacer erat Apollini qui Præses literarum et carminum è habitus ex quo capite illi
Cygnus, cantator funeris ipse sui, immolabatur; Idem dicitur fuisse hostibus formidabilis nam in
Græcos fertur vibrasse sagittas; omen hic simile de nato Infante, quod nimirum sit futurus literar
amans et terror hostibus Patriæ

Junius Sacer erat Mercurio Eloquentiæ præsidi qui nato Infanti Vaticinio suggerebat fore illud Eloquen-
tem Legatum in exteras nationes, omnibus bonis amabilem, officiosum, Concordiæ amantem, effi-
cacem in Sermone.

ulius Sacer erat Jovi hic dictus ab antiquis anima mundi, item pater justus, Rex Dux et Ultor
ab Aegyptijs apis appellatus est. Proinde huic numini sub forma formabant Presagia de Infante, nimirum
sit futurus anima, non solum Parentum, sed et aliorum per Exercitium munificentiæ. Item Dux
u etiam apis, mellens videlicet Parentibus melleos gerens dies in nullum audeum exerens cujus lingua melle dulcior erit.
ustus sacer erat Cereri quæ dicta est legifera, quod leges Orbi ex Astris tulerit
aliter vocabatur Astræa Justitiæ Praeses frugum. Pollicitatio hinc quoque ogna fiebat de Infante
Infante futuro legum humanarum et Divinarum Custode vigilantissimo tutore Zelosissimo
ptember Sacer erat Vulcano ignis Præsidi. capiti aliquando ipsius pileus ceruleus appingebatur
omina de Infante futuro instar ignis petentis, alta virtutum, dignitatis, rerum sublimium.
tober Sacer erat Marti telorum Præsidi capi Ideoque natus Infans bellicosus Præsagiebatur.
vember Sacer erat Dianæ quæ proverbialiter per compendio ponitur pulchritudinis par de Infante
æsagium pulchritudinis quoad morum venustatem, Ideo futurum cunctis amabilem ut quemadmodum interdum
in pingebatur Ita Infans famâ virtutum et honorum sit totum Orbem peragraturus.
December erat sacer Vestæ quæ viva flamma ab Antiquis dicta fuit, hinc hoc mense
tus Infans omen habuit futuræ vivacitatis et strenuitatis ad labores pro bono publico exanthlandos.
us in oratione talium ominum potest esse per insinuationem in Protasi alicujus ex ipsis: in Apodosi
applicatio per allusionem loco Dei fabulosi ad similes virtutes illius Sancti cujus Infans nomen gerit

§ II
Ritus natalium et huc spectantes Eruditiones.

Sacrones lumen accensum nato puero dabant, adjecto voto (subintellige) extinguatur
minius tria elementa infanti deferebant ignem, terram, aquam nam aer ipsi jam erat cum
fruere felix. Thraces Infantem fletu excipiebant contra mortuum hominem lætitia prosequebantur.
sæ natalem Infantis Symposio celebrant At ditiores quidem integros boves, Camelos, Equos Asinos
fornacibus tostos apponebant. Pauperes minoribus pecudibus epulam instruebant Herodotus
omani diem Natalem quovis anno instaurabant ludis muneribus ferijs Epulo Sacrificijs quæ posteriora
ilentio efficiebant unde Albullo teste præco inclamabat præsentibus Sacrificijs.

Dicamus bona verba, venit Natalis, ad aras
Quisquis ades linguis vir mulierve fave

orro Sacrificabatur genio rerum Parenti thure, mero, libo, floribus et non Sanguine Natalis etiam
erat liber teste Varrone à cæde ne videlicet alijs demereatur lux ab Infante accepta
Romani natum seu Infantem humi deponebant ad miseriarum Exemplum, Turcæ vexillo involvebant
jactantiam. Purpurâ Graci vestiebant ad pompam Parthi casside excipiebant ad militarem gloriâ ostentandâ
cedæmonij in Clypeis locabant insinuantes Infantem habere locum eundem dum nascitur quem sit habiturus
tuus quam ijdem in clypeis mortuos sepeliebant
alias Gentes Parcis Sacrificabatur natali die infantis quatenus illi fila aurea et candida vitæ nerent
et felices annos Platoni et Divo Ambrosio natis apes adhærere in ore ipsorum mellificantes
privilegium eloquentiæ futuræ.
lias puer visus è igne nasci et fascijs igneis involvi ab Angelo, Sacerdotes Parenti illius qui hoc visu illis
alerat prænunciarunt Infantem futurum Zelosum Prophetam. Dorotheus
oastes ut primum est natus risit in præsagium inclitæ fortunæ Justini
canis Este natæ Philomela cecinit Lalvang
vero in ore Tesi chori Poëtæ refert Aelianus lusciniam consedisse.
es Sardorum Rex quacunque parte murorum Leonem filium suum recens natum circumferebat Ea parte civitas
t inexpugnabilis

§ III+

Apophtegmata et sententiæ hujus loci

Mater Salamonem vocabat filium votorum, Socrates Infantes organum &c dicebat. Plinius dicebat optimum eo non nasci. Nazarius filium dicebat imaginem seu simulacrum mortis Patris.
Filij sunt dulcedo amarissima, et fel melle circumlitum Petrarcha.
Magnum et Dulce solatium ē Patri filius sed sollicitum et grave Idem
Liberis nihil ē charius humano Generi Livius Fortes creantur fortibus et bonis Horatius
Qui habet filios habet unde vivere possit Comicus
Nihil est tam honorificum liberis quam à bono et honesto Patre ee natos.
Matrimonij flores, liberi sunt Clemens Alex: Rapitur ad similitudinem suorum excellens quæque natura Nazarius
Sunt vinculum amoris firmissimum liberi Comicus Parentes amant suos filios sicut aliquid sui existentes Frisius.
Jam quod Praxim concernit hanc ipsam hic quam olim calamo excepi communico.

Praxis Gratulatoria natæ Prolis

Per expolitionem sententiæ, quā dicitur filius similitudo Patris.

Rapitur ad similitudinem suorum excellens quæque natura Sapientissimo non nemo Oratorum prævexit oraculo. NN rapitur virgo et quanto pleniore illa ad venustatis pulcherrimam speciem excitata suspicitur cultu, quantoque excellentiori ad vivam primævæ dignitatis Ideam vultu, originem loquitur. tanto propinquiore ad æmulationem consimilem partum se liberaliter profundens benigna dispensat natura Parens Adeo prodigus in sui naturæ profusione faventis naturæ sinus, ut quod perfecta ditavit, opulenta o nisi in similitudinis æmulationem foecundo aluit ubere, quæque singularium stirpium optimo proventu piaculi certe noverçanti fortunæ fomentum clamaret pro violatum jus orbis, nisi in exiguo fine, Orbe videlicet totius mundi derivatā felicitate, per expressam singulorum similitudinem singuli felicitate fruerentur Materna ibi profecto exuit viscera ubi monstrosa de pectore evolvit genimina in lucem videt videt ibi minus ubi centum accendit oculos in Argo, minus negotiosa ubi centena in Centimanis versat brachia briareis, fatiscit ibi, ubi vel Athlantes Colorum vectores vel infestos immanitate virium ipsis Cælitibus Encelados fasciat in Embriones, Benigniore hodie amicè faventis liberalitas in Illustrissimæ domus Tuæ stirpem fluxit beatitate. dum intra cunarum fascias immensam tot avitæ prosapiæ Heroum colligavit Provinciam Collegit spes et fortunas Hæreditarias in Prole Parenti Illustrissimo, quia Illusmi archetypo sanguinis purpuratas refer ad K (satiavit vota universorum in nostram conditionem, accumulati sortis incrementum reduxit fortunam.(Lege in filio Pater Patrem et per hunc Illusmum colligati sanguinis nexum: vivas spirantes recollige in Augusto vultu ceras majorum, o sane oblivionis o sepultas pulvere qui in novam cum orto filio vitam et Patrem et filium in ornamentum decusque familiæ respirant. Tot hic Illustrissimæ domus postliminio renatos intuere Phoenices qui in imagine illustrissimæ familiæ tuæ, in nato filio, parte tui optimā imo in te ipso spectas insignium Decorum monumenta majores Illustrissimos. tot hic ad auream felicioris ovi revolutionem remetire soles, quot in unius diei sorte in nato derivati sanguinis sanguine sæcula recolligis fortunatus Pater Et quod votum meum est tantum hic universorum solatio ad animandos majorum cineres Amica Illustrissimis Heroibus vitæ vigorisque inspirent numina, quantum prodigo ultra frugale parsimoniæ dispendium natura et virtus tibi elargita ē in filio, Et quem denique imaginem, vivumque tuæ mentis simulacrum non ad vanitatis umbratilem aeternam industria elaboravit Parens Illusmo agnatum sanguini Nepotem, Eundem per copiosam solatiorum redundationem ad vitæ meritorumque incrementum sospitem diu fortunatumque Cælites fovere velint.

Responsoria constat ad gratulationem natæ prolis constat ijsdem sententijs et eruditionibus ritè dispositis. Fit porro per positionem alicujus discursus aut accessus petiti expressam et gratulatione aliorum gratiæ referuntur pro amica gratulatione cum apprecationibus, ut eadem votorum, gaudiorumque occasio superveniat suo merito et laudes Gratulantis recensitas modicè extenuantur ne per domestica causam agere videaris. Integra denique illis referuntur qui è sacro baptismatis fonte natam Prolem levarunt.

SECTIO VI
De orationibus nuptialibus.

[O]ratio nuptialis sive Epithalamica solet institui cum aut Pronubus nomine sponsi sponsam postulat
[pa]rentibus ipsius, aut munera ad invicem offeruntur aut ipse nuptialis contractus instauratur

§ I
Qua nomine sponsi a Pronubo sponsa petitur

[Fin]is istius orationis est ut pronubus obtineat sponsam a Parentibus et tutoribus pro quo ratio nec
[...]us persuadeat intentum adducenda sunt porro tales rationes petuntur ~ a necessitate conjugalis amicitiae
[a] laude sponsi quae in his consistit: quod sit natalium illustrium Eruditionis eximiae integrae vitae, mag
[...]m meritorum in Patriam ~ a consequentibus: quod videlicet hic contractus sit utriusque futurae familiae
[...]us Patriae solatium Amicorum gloria accessus ad has rationes potest sumi ab aliqua sententia ~ eruditione
[...] sub Sectione III § unico de valedictionibus familiaribus denique postulationes fiant sponsae
[in] conclusione addito voto ut quod pronubus petit ratum faciant et habeant boni Coelites pro praxi ex
[...]ictis elicio materiam hoc duplici Syllogismo.

[Prim]us Postulatum publicam concernens felicitatem grato animo est admittendum sed meum postulatum
[quo] sponsam nomine sponsi peto, publicam concernit felicitatem scilicet familiae utriusque decus Patriae solatium
[Amic]orum gloriam quae omnia Deo sponsus sua indole spondet Ergo grato animo hoc postulatum est admittendum.

[2]dus Nihil est optabilius in mortali hac vita quam fidum aequalemque amicum quod propriam menta
[...] animi reperire, Sed Dominus N in hac Illustrissima domo ejusmodi amicum se gaudet reperisse. Ergo nihil optabilius hac
[fel]icitate illi accidit, cujus proinde jure merito se quantocyus fieri compotem per me supplex postulat.

§ II
De oratione qua munera offeruntur.

[Cum] varia sint munera, quae sub tempus nuptiarum sponsis solent offerri varia quoque oratio aptissime
[cum] reflexione ad circumstantias muneris particularis quas inferius insinuabo, instituitur Interim
[...]ullo praeceptum deserviens talibus orationibus munerum oblatoriis cuique haec puncta sunto Imo affectus et intentio
[offe]rentis explicetur nimirum quod velit ille testari hoc munere benevolum animum semper huic nobilissimae familiae
[...]tum, 2do extenuetur breviter hoc munus quod offertur adhibito intentione avita quae alludat ad speciem
[mun]eris particularis 3tio addatur postulatio quatenus munus oblatum qua par est benevolentia velit acceptare
[...]em Responsio in communi ad oblationem muneris versabitur in sequentibus punctis Imo ostendatur gratus
[...]ere N affectus et munus 2do excurratur breviter in laudem muneris oblati 3tio reciprocus impensae benevolentiae
[...]ittatur affectus. Atque hoc est praeceptum generale quod vero concernit ipsius circumstantias muneris particularis
[...] hoc in sequentibus discursibus

Discursus Oratorius de annulo nuptiali.

[An]nulus ferreus sit an aureus cordis corona est nemini est prout Reges Plauto, Sponsi hinc jure merito
[...] Regni sedes amor sceptrum, satellitium benevolentia animus ditio, aurum coronarium annulus
[...]tialis dici debet, qui dum emulatus orbitam in se convertitur amicitiam veramque insinuat nunquam
[...]enire terminum. Amicus quippe non est qui inimicus esse potest Et procul hodie a connubiali consortio Annibalis
[...] annulus qui servatum sub gemma venenum gerens grandem insinceritatis suspicionem suggerebat
[...] nuptialis annuli ratio et prerogativa quam non ab alio emblemate nisi Catonis quondam annulo insculp
[...] vivat: Amicus unus inimicus nullus Addite si lubet anchoram quoque Seleuci vestro annulo insculpite Deo
[...]ri Ceu Symbolum fidei firmaeque amicitiae, ut possit ab utroque vestrum illud proprio Propertii dici
[an]chora jacta mihi est. Et illud Pindari anchoram jam ad felicitatem jecit. Hic videlicet statutus
[...]rtus vester est et statio omnis fortunae pignus tranquillitatis, annulum tenetis Et securioris concordiae

quam ut polim potuerit spondere Policrates sculpens in annulo lyram Emblema amica-
bilis Harmoniæ, nec manus tota hodie vestra annulo coronatur, sed digitus quod plus amicitiæ
conferat ornamenti quam laboris. ferreis quondam sæculi adeo pretiosa amicitiæ visa ideoque ferreo
annulo (ei fidem damq. donata, quasi nisi quod sanctam integramque sponderent ferro muniebant
ferro duntaxat et fato extremo dividendi amici. Adhæc apud veteres gemmâ diu caruit annulus
utique sponsa gemma judicabatur, et gemmis omnibus carior illa societas bene tamen ætas nostra
hodie ferro aurum mutat ut pretium amicitiæ faciat, et gemmam annulo inserit ut auro addi non
posse majus pretium amicitiæ decernat. Vos dignissimi neo sponsi aureos annulos sumite, aureos dies
aurea solatia auream vitam cum annulis assumpturi.

Si torques offertur pro exornanda oratione recurrendum est ad eruditiones de hac re.

Eruditiones de torque

Gallicus olim Hercules eâ gaudebat prærogativâ ut missis ab ore catenis omnes ad suos nutus
inflexerit Applicaō ad personam cui torques offertur quod illa quoque condecorata inter amicos feli-
citer imperabit imperare enim invicem et servire, amicorum est
Manlius olim detractum in acie è collo Galli torquem suæ cervici imposuit et hanc ob rem apud pos-
teritatem torquatus audire meruit Applicaō Dnus N torquem è corde magis quam collo in N volen-
tiam transferre amoris torquatus imposterum optat nominari.
Sardinius quidam habitandi causâ Carthaginem migrare volens à Claudio Imperatore retentus dicente: Ego
te aureis compedibus obligabo Applicaō intellexit ille per has aureas compedes Teste Dione dignitatem
Senatoriam; At Dnus N hunc torquem offerens ex animo cupit tesseram suæ benevolentiæ esse et nuncupari.
Constantinus Imperator (de quo Nicephorus) in torque aureum Solem gessit in cujus medio effigiem candelabri locavit
Applicaō D N hunc torquem in emollito benevolentiâ corde vult conservare spondens mutuum amorem
qui catenæ amicabilis est, ut illustrius accendat meditullium ex quovis candelabro effigiato.
Tyrii obsidione pressi Herculis Iconem, ne à se abitum pararet aureis catenis colligarunt Applicaō
Dnus N non formidinis quampiam speciem sed amoris tesseram hoc torque testatur, nec ideo catenas ex-
hibet quasi ille benevolentiam N fugæ obnoxiam suspicetur animi videlicet inconstantiæ, sed quia spondet
reciproco utriusque favore semper colligandam amicitiam cujus emblema in hoc torque hodie præfert.
Boleslaus Rex Poloniæ in torque circumferebat sui parentis imaginem ne unquam illo aliquid indignum
pararet Applicaō Dnus N sinceri amoris huic torqui simulacrum illigat eò votis spectans
quatenus sinister nullus affectus utriusque speciem decoram benevolentiæ præsumat decolorare.
Ex Philonis placito torques olim sponsis in duplicem usum offerri solitus quatenus ornamentum
in prosperitate vinculum in adversitate foret Applicaō non alius quoque sensus Dni N nisi ut torques
oblatus eidem gemino usui N deserviat eventu semper fortunato prosperitatis adspirante quem nulla
interturbet adversitas. Denique huc revoca illam Eruditionem quam habes in valedictionibus sup.

NB Ablat.

de catena quam efficit magnes ferreos annulos attrahens ad se invicem cum inscriptione Arcanis nodis
Applicaō similes ut ibidem insinuatur.

Si sertum offertur ex adjunctis ingeniosos conceptus erues dicendo V.G. Amorem semper florid-
um esse, semper coronatum incedere semper amoenitatibus tanquam floribus cingi. et nunquam finem scire, quia
finem ignorant circuli serti. Item conceptus similes sugerent Eruditiones expensæ et aptæ exorn-
ationi apodosi prout sunt. Æstas et pax juxta Poëtas in spiceo serto ambulabant.
Dea flora et dea salus iisdem ædibus sacris et aris à Romanis colebantur
Apud nonnullos teste Polyvio florentes corollas acceptasse oblatas pacis et amicitiæ signum fuit

sam sine spinis Pyerius vult eē amoris hieroglyphicum, nam olim docente Basilio Rosa spinis ...it, sed post peccatum Adæ non nisi vepres inter et spinas cœpit pullulare.

...ab alex: refert apud Persas non modo sacrificulos sed omnes quicunq; sacrificijs intererant sertis ...nari solitos fuisse. Eodem teste Romani in convivijs non modo ministros convivorum sed et ...s et postes sertis redimiebant. Ijdem nuncios victoriæ literas naves et fasces victorum ...is coronis exornabant, ut et ipsi Triumphatores laureum diadema induebant. Hi quercea ...

Oblatio Oratoria Serti.

...t exilis aut nulla benevolentia, quæ se palam n̄ explicat, ut innotescat. NN produnt amorem ferventer ...tes et ut ignis abscondi nequit in sinu quin urat, ita fervor amicitiæ ne foras erumpat habes ...e NN hodie hoc redimitum serto quia in publico aliter noluerat apparere, cui stetit ingredi ...gnum amoris. Exiguo ille quidem orbe sceptra sua claudit, ita nihilominus undiq; circum ...it ut nulli prorsus hosti se morti quidem quantumvis hæc omnium rerum edax agat istuc ...strandi copiam relinquat. Cupressum quippe odit amicitia quæ depopulationis et funerum sit ...e extingui n̄ potest amor quem cordis fovet sacrarium et ex hoc capite securè florido ...vedit, concludi vallo cum marcescere nunquam debeat aut possit. Hinc gemmas et adamantes ...us ardeat non ambit diadema, quod ad tuas NN pretioso nunc transit munere. Inter flores ...licet suavius educatus pharetratus puer, hoc ē semp gratus semp immarcescibilis amor. Igitur ... recens ac fervens facilem apud te manutus inveniet locum impetrabit æternitatem benevolentiæ ...o circulo circumfert extra vicissitudinem temporum agentem ut vanè spondet ita verius p̄feret ...entur felices horæ hac rota viridi, quia nihil ē ambenum nihil ē floridum velent secum ...llius sortis molimine, accursu retardando fortunato.

... poculum offertur sequentibus eruditionibus ejusmodi exornabis aut earū occasione, quod consultius ... allegoriam formatam oratoriè diduces.

...ocula teste Philone olim ex cornibus onagri fiebant ex quibus qui potaverit eo die immunis eēt ...ferro igne ac veneno. Martialis L. 8tavo Epig: 4 quo exornat versibus poculum Rufi quod fuit ... electro habens caput aureum efformatum cum aureo vellere in quo sedebat amor aureus alatus inflans ...ias quibus Epithalamia canebant. Alex: ab Alex: refert libro sexto remotissimis moris fuisse Antiquis p symbolo ...inum Scyphum offerri qui dicebatur Scyphus boni ominis.

...ro testatur de Epicureis eos illius speciem in poculo sculptam circumtulisse quem sibi gratū ...ebant apud nonnullas Gentes teste Alex ab alex: erat poculum nuncupatū Baucalium eo quod redderet sonos ... infunderetur.

...ohius narrat Ludovico XII Galliarum Regi fuisse p symbolo craterem cælestem cum lemmate ...er Eclipses orior.

...n Galliarum Rex Henricus Tussellino referente utebatur scypho gemmeo in quo erat Angelus aureus ...um adamantinum manu tenens, non vulgare quoq; genus poculi erat illud quod in formam Cymbæ ... navis efformabatur unde etiam dictum ē Cymbium. Atq; de hoc postremo subjecta hic ~~praxis~~ ...gorica indicabit modum quo etiam alijs p̄fatis eruditionibus allegoricè utendū est in oratione poculi oblatoriā.

Oblatio Allegorica poculi ~~dicti~~ dicti Cymbium

...nerariam plenam n̄ mercium gemmarumq; sed votorū tibi veho NN. Gubernaculum hæc ...avis sine certis nemo navigium regere p̄t quin is qui suggerit regit p̄ commoda. Occupat prudenti:

prudentia tua Malum ut in integro attingas: enaviga feliciter his remis omnes tempestates, navim inconcussam exime: favonij benigni, venti placidi, fidiq́ꝫ te propellant, quo te fortuna, quo te quies tua vocat. Anchoram etiam eidem navigio addo, quam jacere ad felicitatem tuam, quietemq́ꝫ poteris tunc potissimum cum tempestates te exagitaverint. hæc te Anchora tutæ ac firmæ benevolentiæ sistet inter ipsas turbas et mota discrimina. hæc portum tibi inter maris procellas statuet, utere illa felicitate nullumq́ꝫ naufragium pertimesce.

Responsurus ad oblationem munerum, existima tuam industriam in hoc debere versari ut respondendi occasionem sumas, vel ex verbis offerentis, vel ex re oblata. Ad hoc vultum ipse sunt expensæ circumstantiæ et qualitates muneris particularis iuxta finem cuicumq́ꝫ traditæ de muneribus in Particulari Eruditiones poterunt adhiberi.

§ III

De oratione sub ipsum contractum nuptialem solita haberi

Finis hujus orationis est gratiarum actio pro admissis desiderijs et significatione affectuum qui exhibiti sunt in Neosponsa tradita. Itaque talis oratio continebit sequentia 1mo gratiæ aguntur Divinæ bonitati, quod illa consensum Parentum et Tutorum, nec Sponsæ ad vota flexit Dni N. 2do affectus parentum depredicetur ad hæc humanitatis hospitalitatisq́ꝫ jura commendentur 3tio promittatur permittatur tantæ benevolentiæ debita gratitudo.

Solet etiam sponsa tradi sponso ab amicis illius per viam orationis quæ in his punctis versabitur 1mo ponatur laus nuptiarum petita ab Eruditionibus et sententijs veterum vel fiat discursus in commendationem illius qui fidelem invenit Amicum. 2do excurratur in Præconia sponsæ à dotibus virtutis familiæ claritate et ceteris derivata. 3tio commendetur sponsa sponso cum cohortatione quapiam directa ad concordiam vitæ socialis Etc

Ad praxim ornatam de hac materia concinnandam, ad in adjumento poterunt esse tum sententiæ et Eruditiones nonnullæ selectæ hujus loci.

Sententiæ

Jucundissima amicitia est quam similitudo morum conjunxit Cicero

Cui alter amicus manus ei dextera et oculus alter Plutarchus Firmissima inter pares amicitia Curtius

Amicitia vera est si æterna Augustinus ubi amici ibi opes Quintilianus

Vera amicitia tantum inter bonos oritur Cassiodorus Domus amica domus optima Seneca

Optabilius est nobis solem extingui quam amicis orbari Chrisostomus Veri amici sunt rarissimi Erasmus

Amicitiæ quæ in virtute firmantur immortales sunt Petrarcha Quot amicos paraveris tot oculos habes Seneca

Nobilitas nominis claritas absentes conciliat amicum. Idem Nullius boni sine socio jucunda possessio Anonimus

Eruditiones

Apud Romanos lege cautum erat ne Cælo turbato fœdera sancirentur applica ad serenitatem animorum tum Sponsi tum amicorum.

Richardus refert in Dalmatia morem esse ut cum novi hospites in fœdus amicitiæ suscipiuntur ad declarandum affectum mutuum, sibi ipsis gladio lapideo sanguinem ex lingua manu et la[bijs] eliciant tum demum veram amicitiam putantes, quam sanguine testarentur In Apodosi sic poti[o]rem esse virtutem sanguinis effusionem solam in testimonium conjunctionis sufficere Adhoc sanguinem à Majoribus servatum constantem felicemq́ꝫ polliceri amicitiam

Apud Antiquos mos erat in protestatione amicitiæ mutuæ calicem sanguinis sibi propinare

gustato amicitiam firmabant ut Catilina cum suis conjuratis fecit teste Salustio Applicao ut proxime supra
... te Solisoro in Anglia Sponsa coronâ ex aristis facta redimitur aut aliquando manu illam gerit
... licao ad futuram solatiorum fertilitatem.
... itani in roseis ornamentis sponsos collocabant roseisq coronabant. Hinc illa acclamao calentis rosa
... optabi: ut quoq ut semp nos Sponsi floreant et vigeant
... ricus Dux Juliacensis referente Typotio, pingi curavit clypeum, in quo plura corda ordine
... osita cernebantur cum lemmate. Hic murus Aheneus esto: Sic firmiorem murum Aheneo amici
... e duobus duntaxat cordibus assurgere quando etc
... s mundus III Rex Poloniae in nuptijs suis hoc Symbolo numismata signari jussit Erant duo
... super ripam fluminis ad se invicem inclinatae cum inscriptione Amor distantia jungit
Applica ad Nesponsum, maxime, si erunt impares, conditione mirum benevolentiam, quâ reciproce
... juramenti Sacramento Constantes futuri sint ad instar palmarum victricium.
... rio pro symbolo erat concordiae cythara qui diversis constans chordis unam edit Symphoniam ita ô cor
... maritalis multigenos quidem honorum, fortunarum, familiarum nexus admittit sed quos in corde
... sociali jungit foedere ut inde suavissimus concentus efficiatur.
... m Pierio pro symbolo amicitiae sal erat quia nimirum amicitia ut sal solidiora ora facit omnia diu conservat
... stiq hanc suam sententiam: concordia res parvae crescunt aureis literis scribendam censet Applicao Vos Neo
... nsi dignissimi, quos cari habuistis et pretiosi totum ad hanc concordiam mortalem contulistis Scripsistis
... in Coelis, cum juramento firmastis scripsistis, et in terris cum eandem concordiam quâ res parvae crescunt
... obilium virorum testimonio stabilivistis, adeo firmiter ut hunc aureum characterem ô nisi mors
... , possit quidem obterere non tamen prorsus obliterare in memoriâ posterorum
... ura circa varias nuptiarum consvetudines invenies in Extemporali Oratore Rndo Patre Radau
... rosè ex varijs authoribus collecta.

SECTIO VII
De orationibus funebribus.

... uplici classe reponi debent orationes funebres aliae namque sunt, quibus in laudem mortui excurritur et
... amicis defuncti lenimen doloris insinuatur, aliae quibus gratiae redduntur hospitibus pro adventu, humani...
Christiana mortuo exhibita de utroq hic

§ I
De oratione funebri ad amicos defuncti.

... primo triplicem sibi efficit hujusmodi oratio directum partim ad eliciendum dolorem super morte partim ad laudem
... cti, partim ad dandum amicis solatium. Qui ternus finis ut per oraonem funebrem obtineatur ab Oratore
... quoque medium habeat pro oculis est necesse Itaque ut exprimat dolorem et in audientibus eliciat poterit
... sime constare Imo discursum instituendo de mortis certitudine, varietate, potentia 2do Exaggerando brevitate
... multitudinemque calamitatum impendentium Generi humano. 3tio declarando quis dolor sit secutus ex morte, adeoque
... aliquis foret dicendo: si nunquam obsequium Oratoris in adeo tristi occasione requisiretur requireretur, sedquia ita
... de Calinum Plauto contigit non recusare praesentem dicendi provinciam quatenus justam commiseraoes nostr
... o eliciatur. Huc vero maxime pro dolore eliciendo referri debent frequentes Exclamaones Epiphonemata descrip
... Apostrophe. Aliisque hoc de primo intento funebris oraonis.
... uod discernit secundum finem videlicet laudem defuncti hoc peti debet a bonis animi videlicet virtutibus
... e factis meritis in Ecclesiam Patriam Amicos Item a bonis fortunae qualia sunt Nobilitas Generis
... ores Proclari, affinitates cum illustribus familijs dignitates inclytae in Republica, ubi commodè

poterit enumerari totius vitæ series distributa jam per adolescentiam domi et extra literis excultam ac insuper aulicis obsequijs impensam egregiè etc jam per viriles annos bellicis laboribus elocatos, jam denique per maturiorem ætatem ductam laudabiliter in dandis Patriæ consilijs, alijsque gloriosis facinoribus ex allatis causis quæ dolorem mitigare solent, tales sunt decretum immutabile Cœli necessitas fatorum omnibus imposita, proba defuncti vita, Ejusdem merita in Patriam Rempublicam Ecclesiam Exemplorum, qui suorum mortem æquo animo tulere dicta sapientûm etc Hic pro praxibus formandis impetus porrigo.

Primus Impetus

Pro laudando Adolescente immature defuncto.

Qui arcana naturæ prodigia in viventium seu pecudum seu volucrum corporibus sepulta rimantur ferunt avem reperiri quæ cum non nisi unius diei spatio totam vitam suam circumscribat et ubi in lucem prodierit solicitè varias aliarum avium perdiscit modulationes moxque omnes uno satagit guttur imitari Gr. hoc nullum Ego hodie melius censuerim Symbolum effigiandum quod adjecto lemmate non diu sed satis Dno N immaturè defuncto deserviat ad justam ejusdem commendationem. Angusta quippe probus hic Adolescens vitæ suæ tempora, rerum benè gestarum gloriâ ultra ipsa mortalitatis spatia protendens, non diu sed satis vixit. Satis profecto satis amplissimæ prosapiæ vixit cujus antiqua decora novo eruditionis laude, quam in Palladio pulvere comparavit, exornavit Vixit et Patriæ satis ad cujus integritatem tuendam, quam primum per ætatem et robur licuit magnis properavit passibus, satis demum nobis, quoque sui æqualibus vixit, qui hic clarum lectissimarum virtutum Exemplar non ad unius duntaxat diei prædicationem sed ad omnem subsequentium ætatum reliquit memoriam. Hic particulares virtutes recensendæ et tum alijs eruditionibus et sententijs tum hac exornandæ per modum Epiphonematis: Quidquid ad summum pervenit ad exitum properat Item Eripit se aufertque ex oculis perfecta virtus, nec ultimum tempus expectant quæ in primo maturuerunt. Posset hic fine Apostrophe fieri ad parentes defuncti verbis Senecæ quibus ille Marciam immaturum fata filij lugentem solatur Filium DEUS immortalis non diu daturus, statim talem dedit qualis diu effici posset neque enim diu sed satis vixit.

Secundus

Si quispiam vellet amico solari suo defuncto amico

Quemadmodum pleraque dici et doceri possunt facilius quam fieri, ita pronius est solari calamitatem alienam quam capere solatium in propria ærumnarum acerbitate. Nihil quippe intervenit negotij alienis malis mederi at cuique morbis suis medicinæ rigorem experiri, plusquam arduum, interdum etiam impossibile. Et tu tanquam ipsi nullis ejusmodi casibus in mœstitiam abripi possumus, atque ingerimus mœrentibus amicis solatia quæ nobis miserum passim sustinentibus neutiquam comperimus Adeo infelicis animi parum quidem sed optata voluptas, dolor est nihilominus adsunt luculentissima in Dno N solatia quæ facile a nobis admitti possunt. Providit ille nimirum ne commune amicorum vectigal, aliquando lachrimas exigeret, quia semper ijt consultum, ne mori posset Et nunc instar solis nubibus obducti, sic è nostro aspectu discessit ut lucem tamen suæ præsentiæ melioris testem relinqueret Et quidem reliquit, clarissimum nomen, et famam virtutum suarum quas nulla obscurabit oblivio, Reliquit merita in Patriam, quæ grata leget posteritas, reliquit Heroicorum facinorum memoriam quæ imitationi posterorum lucebunt etc proinde etc.

Tertius

Si commiserationem suo defuncto velles tractare cum laude ipsius.

Oraculum plane ipsius Sapientiæ divinioris locutus est quisquis vivam morte vitæ humanæ indigitavit Adeo nimirum fatali conditione luci donamur ut vix nati tendere jam incipiamus ad consumptionem, unicum hominum terminum, à Supremo NUMINE ab ipsa natura et denique ab arbitra veritatis Philosophiæ nobis destinatum, atque ita inter quotidianas in tumulum ruinas illud nequit subsistere

nasci contigit restat et mori quandoquidem destituti de nostro interitu ab ipsa experientia documentis è sublunarium vicissitudine quod nihil aeternum manere in orbe sciunt disceremus. Hinc fit ut ò unus e aut in pulcherrimo Planetarum Sole, aut in aquarum fluxu refluxuque suo legat emblemata mutabi; nam quemadmodum Sol universam quam per ortum et meridiem fundit claritatem citato cursu devehit ad occasu lucis post longos scaturiginum anfractus in mare delabuntur, sic nos universi per tot annorum seriem, tandem ad mortem collineamus. Hac infinita seu universali quaestione, quam Rhetores thesim vocant satis tractata ndes ad particularem propdorem seu Hypotesin, indicando, quomodo ad eundem terminum defunctus Dnus N merit. Pro confirmatione occurrere poteris in defuncti laudes petitas ab ijs rebus quas habes supra. Juvabit confirmatiônem Explicatio stemmatis, Pompa funebris, conventus amicorum. Etc. Conclusionem diriges ad lationem propinquorum propter aliquod ex supra datis rationibus Exemplis et sententijs illustratam

Quartus

De eodem argumento quod est in proxime superiore Impetu.

arbitrio nostro, et non fatorum impetu raperemur pars magna felicitati nostrae accederet ac ipse ferret animus jacturam si cogitaret subeundam. At non de nostro consilio, verum è suo voto, an rectius suffragio d legem dicunt Orbi, neque inconsulto ictu in obvia feruntur, sed velut ex ordine ad victimam eligunt meliora erba plerumque flos cadit. quem diuturnum exoptavimus, iniquam dixerim hanc implacabilis Libitinae ... me quid non tantum rapit, sed quos rapiat eligit Nonne Dnus N elegisse videtur quem intra has tristes sepulchrales urnas hodie suspicitis, non hanc duntaxat mortalem vitam sed ipsam quoque immortalitatem proventu nitatem. hinc causae subjungantur petitae à virtutibus defuncti servatis reliquis. quae insinuantur in praecedente etu Ac ad instar horum 4 impetuum poterit quis similes excogitare, eos ubi in Elocutionem Orationis verit citra negotium copiam orationis funebris concinnandae habitur est

§ II

De oratione funebri qua gratiae aguntur hospitibus post funus.

us orationis talis practice ad haec puncta è revocandum Imo ponendus est aliquis discursus de morte, fugaci et brevi cursu vitae humanae. 2do insinuetur laus defuncti 3tio fiat gratiarum hospitibus qui funeri sive per se sive per legatos adesse dignati sunt 4to si alicubi mos viget jidem ad epulum funebre invitentur Interdum tota modi oratio vel certe majore sui parte conficitur per prosopopaeiam V.g. dicendo quas ageret grates ipse Dnus N acet in tristi hac sepulchrali urna ad vestrae hujus humanitatis conspectum Optimi hospites Eas ipsas familiae imprimis totius meo deinde ad extremum vita functi nomine agam descendo Confirmatio singula probaret. Imprimis aequissimo jure familiam obligari ad gratiarum actionem quia videt se magni fieri, quando pienti hoc conventu et in justis persolvendis declarato favore unus ex ea mortuus ita collonestatur quoque nomine gratus esse debeo quia gaudeo Dnum N diligi ab omnibus etiam vita functum quem m unice amavi. Denique nomine mortui testanda est gratitudo propter exhibitam suffragiorum copiam maxime utilem Conclusio iteraret gratiarum actionem Etc. Per hunc rudem impetum tot

Praxis Responsoria ad funebrem orationem.

x ultra humanae imbecillitatis sortem violentum Ego fatorum impulsum communemque lethi aleam co jactari N N Ubi magnis libitinae ponderibus par auxiliare succurrit robur, laxitas mortali vulnera blandae amicaeque consanguinei amoris delinit. Eam felicitatis tesseram sub hanc funebrem pompae mihi hodie fortuna destinat, quando ad levandam doloris acrimoniam habet meus ingens maeror solatiorum ntiam, affatim de amicabili vestro profusam sinu quatenus facilius hoc torrente restinguatur us, divisusque per singulorum magnae jacturae parentantium pectora prorsus se possit absumere. Nec jam totus me sauciat ubi in universos sparsus, in cujusque vestrum animo obducit cicatricem sopitus angor que ille ferit pectus cui consolationis scutum vestra opponit dextra fidissima. Non inficior quam inviolata familiae sacra fatorum telo cordi meo refixae vulnera, Vides erepta in sublato Dno N posthuma

fortunarum incrementa ingentesq nostræ domûs ruinas in unius occasu mœstis lego oculis superstes amicus Nihilominus hæc ipsa grandia licet solatiorum et faustitatis dispendia minora reputo cum cerno atratæ de vestra cognatæ facie, animorum mœrorem erumpere luctus et aliunde consolatorios accipio sonos vestros ut testes benevolentiæ, et ideo mihi gratissimos ita vindices doloris in meo pectore se liberius explicantis sup obitum Dni N immortalitate si hæc inter vicissitudines posset stare vitæ mutabilis dignissimi. Et quidni hanc postremam beatitatis in terra portionem vendicaret qui quot virtutes posteris ad præsentissimum hoc exemplum reliquit tot vestro etiam etiam probante funebri Elogio, gloriosos fecisse passus visus est quibus iram immortalitatis decurre nentiqm non potuisset Sed quia jubente Cœlo eripuit se ex oculis perfecta virtus Dni N vivat jam ille eidem Cœlo qui terris desiit vivat æternitati, qui mortalitati ereptus est Vestra N N ad reprimendum animi dolorem obsequia vestras parentales voces vestram hanc pullatam in ludum faciem vestram mœroris sincere declerati victimam, inter eas quas debeo, sed nequeo habere grates animitus precor ut meliore fortuna bonisque refundans ni de rogo Universos ut quemadmodum colligatos in unam mœroris fasciam animos dolentis, parentalibus adjectuti quasi spongiam lachrimis, ita ad mensam panemque doloris commensales adee velitis.

§ III

Corollarium Sententiarum et eruditionum funebribus orationibus servientium.

Sententiæ hujus loci Ex Seneca.

Quomodo fabula sic vita non quam diu sed qm bene acta refert.
Quo facilius obrepat mors, sub ipso vitæ nne latet. Omnes eadem conditio revinxit cui nasci contigit restat mori. Intervallis distinguimur exitu æquamur.
Non est ullum majus solatium mortis qm ipsa mortalitas. Vestra quæ dicitur vita mors est.
Non domus est hoc corpus sed hospitium et quidem breve, quod relinquendum est ubi te gravem esse hospiti videas Quisquis ad vitam editur ad mortem destinatus, Tota vita discendum est mori
Quotidie morimur quotidie enim demitur aliqua pars vitæ et tunc cum crescimus vita decrescit, et hunc quem agimus diem cum morte dividimus.
Quid est novi hominem mori cujus vita tota est nihil aliud qm ad mortem iter.
Iter ad mortem vita est primo vivendi tempore impetum vivendi cœpimus ut quiescentes nobis elabi videamur ac fugere solem et tempus secuti. Nemo nisi qm mortaliu erravit ad sepulchr
Ante senectutem curavi ut bene viverem, in senectute, ut bene morior bene autem mori est libenter m
Quid ad me quam magna sunt quibus pereo, ipsum perire non est magnum.
Mors honesta nunqm fugienda imo appetenda. Non est res magna vivere magnum est honeste mori
Qui magnus occidit magnus jacet. Vita non est inhonesta si perfecta est, ubicunq desieris, si bene, tota est
Eripit se oculis atque aufert perfecta virtus et ignis quo clarior fulsit citius extinguitur.
Quidquid ad summum venit ad exitum properat. punctum est quod vivimus et adhuc puncto minus.
Incrementa vitæ damna sunt, nulli contigit impune nasci. Omnis vita supplicium est.
In tanta inconstantia vitæ nisi quod præterijt certum est.
Vitæ spacium lachrimæ inchoant, natura decurrit, ratio dilatat, mors terminat
Moriendum certe est, incertum an eo ipso die, finis autem miseriis in morte est.
Si cadendum est Cœlo cadendum. Mors tributum officiumque est mortaliu malorumque omniu remedium
Nullius rei difficilior scientia qm bene vivere.

vere in tota vita discendum et quod magis mirandum in tota vita mori discendum est
ltis iti neribus fata decurrunt, et hæc est conditio miserrima quod nascimur uno modo, multis morimur
ueg gladius, præceps locus, venenum, naufragium, mille alia mortes insidiantur, huic miserrimæ animæ.
idquid avium volitat quidquid piscium natat quidquid ferarum discurrit nostris sepelitur ventribus Quære
e. cur subito moriamur mortibus vivimus. Levius fit patientia quidquid corrigere nefas.
u sentire mala non est hominis, non ferre, non est viri.
lorem dies consumit licet contumacissimum, pulchrius tamen si gloria et virtus sanaret quod tempus sanaret

Ex alijs Authoribus.

s sunt nuncij mortis casus, infirmitas, senectus casus nunciat mortem latentem, infirmitas appa
tem. Senectus præsentem. Hugo Mors vitæ est testimonium Ambrosius Justus mortem cavet non pavet Bernardus
a mors putanda non est quam bona vita præcessit Augustinus Latet novissimus dies ut observentur omnes dies Idem
Comoedia est cujus Epilogus mors est Plutarchus Vita humana accinitur pretio cantilena quam Esten Idem
morandi nobis diversorium natura non manendi dedit etc. ex vita discedendum est tanquam ex hospitio non ex domo. Cicero
s nobis tanquam saxum Tantalo impendet Idem Quem dij diligunt Adolescens moritur Plautus
s terribilis est ijs quorum cum vita omnia extinguuntur, non quorum laus emori non potest Cicero.
i nec diuturnum quidem videtur, in quo aliquid est extremum, corpus hoc mortale est animi vero motus sempiternus
Eodemque ubere vitam mortemque sugimus. Epictetus Optima quæque rapit mors optima pessima quæque relinquit Idem
lenda est terra terræ et mea vita omnibus Euripides. Pulcherrimum diem obijt qui obijt victor Homerus
Mors ultima linea rerum Horatius Petronius

Eruditiones hujus loci.

lio Rhodigino teste mortuis mutabatur nomen, quia beatus nemo nisi post mortem Applicatio Amico etiam
stro nomen mutandum est, ante exul, modo æternitatis possessor, aut aliud occasione virtutum est
tum.
d Germanos ut scribit Drexelius in prodromo æternitatis, in sepulchris juvenum erat hæc olim inscriptio
interrogationem et admirationem Et mortuus Est
xander Magnus dicere de se solebat Vixi satis quia non numero annos sed triumphos metior me non ætate
perennitate
ertius refert Braxillum Philosophum moriturum gavisum fuisse ex quadruplici capite: tum ob
conscientiæ testimonium tum quod egregios viros suam lugere mortem videret tum quod 60 annis
publicæ et alijs prodesse studuerit tum denique quod alios coluerit eo quo par honore erat; Applicatio
similes virtute Dni N. juxta Clementem Alexandrinum, homo est Cythara nimirum ut hæc
ribus constans chordis unum concentum edit, ita quisque mortalium unam harmoniam efficit inter
ia negotia. DEI Patriæ et Suorum
erus Imperator Xiphilino referente loculum mortualem, quem sibi mature curaverat quotidie
loquebatur Tu o locule virum capies quem orbis non capit Applicatio coepit Dni N. hæc funeralis
a quem orbis non capere ob tot merita virtutes potuit.
minondas Dux præmium laborum bellicorum expetijt memoriam sui post mortem, id ipsum non velle
ium præmium reputat.
i Lipsij cubitum concessuri vox erat: ad lectum ad lethum quia incertitudinem mortis insinuabat
onidis ossibus in Mausolæo hoc lemma adjectum cum lemmate Speculum bene meritorum de Patria
hurtand brevitatem et humanitatem alij exprimebant per ardentem candelam adjecto

Sum alijs prosum: mihi consummos + Allij ut Brachmones per folia arefacta his verbis additis talis est vita hominum qualis foliorum. Joannes Dux Clivid per lilium cum Epigraphe hodie aliquid cras nihil.
In Ausonii monumento erant depicti canes insequentes feras cum inscriptione venao id est Vita hominum
Eandem Aegyptij per Angvillam insinuabant quae dum manibus tenetur elabitur.
Aurelius Imperator refert super uno principe lamentatos fuisse sic: utinam aut non nasceretur aut non moreretur
Edvardus Rex moriturus compellatus a Cancellario sui Regni an doleret Palatia splendidissima quae post mortem eet dimissurus. intendens digitum in filios ostendit inquiens ista pignora erunt mihi Eburnea palatia in quibus habitabo quoad prostabunt.
Simile ante hunc Dijnastam dedit Responsum olim Philippus Macedo ad proceres flentes inquiens non moriar, quia Alexandrum, in quo vivam, in terris relinquo
Causinus in Symbolis refert Pacuvium Syriae Praefectum id in more habuisse, ut quotidie a coena vino somnoque sepultus se in lectum tanquam in tumbam ferri juberet a famulis acclamantibus Vixit! vixit! Applicao quod ille per posterè fecit, nos pio et laudabili more Christianorum ultimum obsequium Dno N exhibentes, Exhilirans jam illum in locum subterraneum restat ut acclamemus vixit nimirum ad decus familiae, Patriae, Religionis Orthodoxae.
Romani teste Rosino post funus domum abituri per vale inclamabant defuncto nos te ordine quo natura permiserit, sequemur.
Tessalia ut testis est Appianus funeri suae matris non valens adee misit Spongiam plenam lachrimis cum inscriptione Corde et lachrimis prosequor.
Pericles Dux Atheniensium e vivis cessurus hoc se nomine beatum praedicavit quod nulli civium vestis atrae gestandae causa extitisset. Excellens profecto post fata haec laus Principum sibi obje ctos non affligere in vita
Isabella Reginae Aragoniae pro Symbolo erant Gemini flores unus dictus Scelenitropos id est flos Lunae. Alter Heliotropos id est flos Solis cum lemmate sequoret aeternum specto Quod Symbolum ejusque piam Epigraphen Velim quisque vestrum qui nunc pro coronide Rhetorici annui laboris illud ipsum Scholastico calamo traducens non tam in evanida pagina, quae cadit, sed adamante cordium celte Divini et Mariani amoris sculpatis Hoc enimvero simulacro ac illi lemmate subjecto insinuatur nullum posse vitae Mortalis curriculum infausto decurrere pede qui agens in humanis sequitur et aeternum bonum spectat, in melioribus quam quovis Scelenitropo et Heliotropo Divinissimis geminis floribus IESV et MARIA.

Quorum perennaturo honori haec nostra exilis Opella Oratoria cedat

PALASTRA ORATORIA

Neo Rhetoribus Brunopolitanis Ad agonem Rhetoricū creda

Ac

Varijs Experimentis instituta

Anno quo

Palastram mundi cælestis Athleta Homo

Deus est ingressus.

M.D.C.L.X.X.X.V.I.

+

7

PROLOQVIVM

Saecula Saturni ṅ dum uiuimus, quibus semel in ferream procussa mortalium natura, in auream peuderetur Serpentis habetatam aculeo sapientiae uim. In ẋmo pridem doluimus Hortensio. Sed acumen tot inter annorum reuolutiones nondum recipiendi restat ratio, nisi ueterū Athletarum Sortiam genium. Sudandum est in prima inuentionis stadio, Herculeâ mente dispositionis apprehendendi modi, et in elocutiones eluctandum Circo, ubi pro disco uerborū copia, pro caestu sententiarū pondus (qua periodis ueluti saltum liberet) adhibeat est necesse. Est ibidem sua tandē necessitas dei: sed hoc desuper non negabit in omnes dies spiritualis unctio ad quā quia in primo limine felicit[er] uenimq, hinc eis benedictiā ne et Palaestrā Oratoriam ingredim, et ploquium concludimus.

Ad M. D. G. T. O. M.

Gloriam. Augustissimae Deiparae Nascentis

Honorem et S. P. Francisci Xauerij ppetuam uenerationem.

+

Palæstra Oratoria.

Hæc Palæstra quinque Acies sibi vendicabit, quarum prima experimentis suis observabit scopum Oratorium, secunda delineationem, 3tia. 4to. 5to exercitij reliquas partes.

Acies Prima.

Scopus Oratorius.

Scopum voco propositionem orationis velut ad scopum quendam debet omnibus suis collimare argumentis. Hanc licet omnes secum causæ ferant ad meliorem tamen cuiusque Oratoris directionem, aliqua observanda restant.

Experimentum 1mum.

Qualis esse debeat propositio uniuscuiusque Oratoris.

Observandum est 1mo Oratorem aliud esse Ecclesiasticum, aliud prophanum: utrumque aliud esse qui excusat aut defendit, aliud esse qui dissuadet, aut suadet, hortatur vel dehortatur, laudat vel vituperat. Qui verò laudat aliud esse Genethliacum, alium Epithalamicum, aliud Epicedium, aliud Salutatorium, gratulatorium electorium, etc.

Observandum 2do unumquemque Oratorem debere accipere propositionem talem, quam probata officium suum bene explicat. Porro propositio est alia Speculativa, alia practica, Speculativa est quæ non dirigitur ad praxim e.g. Rex in regno est Sol in Cælo. Practica est, ex qua sequitur praxis, seu quæ dirigit Auditorem ad capessendum aliquid; ut: Bonis operibus est insistendum si ad Cælum volumus venire. Item alia est universalis alia particularis.

Universalis seu Thesis e, quæ rem universaliter proponit. Ut:
bellum est suscipiendum. Particularis seu Hypothesis, quæ rem cum
certis circumstantiis proponit, ut: bellum cum Turcis est suscipiendum,
etiam hac Reipub: calamitate. Item alia propositio est absoluta, alia
conditionata absoluta est, quæ rem sine conditione ulla proponit: v.g:
cælum nobis semper spectandum, conditionata e, quæ rem sub con=
ditione proponit, ut: si cælum semper spectaverimus, terra
nobis vilescet. Item propositio alia est positiva, alia comparati=
va. Positiva est: quæ sine ulla comparatione rem proponit, ut:
salus æterna semper præ oculis habenda est. Comparativa e.
quæ rem comparatione ad aliud proponit, ut vita æterna potius
præ oculis ponenda est, quam temporalis. Item alia simplex
alia composita. Simplex est. quæ cum uno verbo habet prædica=
tum unum et subiectum. Composita est, quæ cum uno verbo habet
plura subiecta vel plura prædicata. Exemplum primum Elemosyna e jani=
trix cæli. Exemplum 2di lectio librorum imitatio et exercitatio
Rhetori est necessaria. Item alia est bipartita alia tri=
partita, alia quadripartita, quæ 4tuor partes in se continet,
seu quæ 4 habet propositiones integras. Bipartitæ exemplum e.
nihil æque commendat hominem, quam virtus, et nihil ita deturpat,
quam vitium. Item alia propositio e, quæ dicitur problema, alia
paradoxum, alia Allegorica, Problema est, quod rem ita pro=
ponit, ut in utramque partem probari possit. v.g: melior ne homini
infirmitas aut sanitas est? Paradoxon, quæ rem ita pro=
ponit, ut sit contra opinionem hominum. v.g: Nullus ditior
paupere. Allegorica propositio est, quæ rem sub involucro
aliquo proponit. v.g: de nata B. V. M. Fons gratiarum e terra
nostra hodie prodiit, his observatis dico Orator Ecclesiasticus.

qui ad hoc muneris vocatus est, ut hões ducat ad virtute, et abstrahat à peccatis, ut: mores bonos implantet, malos eradicet. Et accipere pponem practicam quae proponat quid faciendu, quid uitandu, et amplectendum, et licet aliqndo possit speculatiua accipere, maxime cu dicit Panegyricam orone. v.g. de S. aliquo aut etiã in funere cuiuspiã v aliqua alia occasione, illas tn ita tractari dt, ut v in perorone ad fructum aliqué Spiritualem accipiendu auditorem accendat. Proinde illa ita pbet, ut semper aliqua moralia inserat; Hoc enim uti mirifice placet Auditori, ita Concionatori summe decet.

Dico 2do Orator pphanus cum in genere deliberatiuo aut iudiciali perorat, eã pponem dt sbre practicam, ut suadeat aliquid v dissuadeat. Quod em suademus v. dissuademus semp volumus ut in praxim deducat. Ut in boru ille ageret in deliberaone Oratorem qui Sententiam suã de re dicturg, ppositum tn sbere laudandi aliquem. Dixi tnu quia pt eã in suasione alicuig rei v dissuasione laus cuiuspiam pmisceri cum alijs: uti uidere e in Cic: oraonibus. Et saepe õtingit in senatu Polono ubi uota sua dictur Senatores aliqndo, antequm ad rẽ ppositã accedunt Regias laudes prosequunt, sed hoc ltm fit p accidens. In genere iudiciali idem pt nibi Orator dt laborare ut inocens absoluat, et nocens puniat. Cu uero in genere demonstratiuo quis porat, communiter

#

i fit, ut ibi occulta sint ppoones (nisi forte quis
Scholasticam, ut vocant, velit ordonem dicere)
propoo accipienda e speculativa, hoc est cuius am=
plificao et pbao animum ttum delectando pascat sed
illum sequatur opus intentum ab Oratore, ut si
